

DISSERTATIO
INAUGURALIS
MEDICO - PHARMACOLOGICA
DE
CAMPHORA

QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
MAGNIFICI DOMINI
PRÆSIDIS, AC DIRECTORIS
SPECTABILIS, AC PERILLUSTRIS
DOMINI DECANI

NEC NON

CLARISSIMORUM
D. D. PROFESSORUM
PRO

DOCTORIS MEDICINÆ LAUREA
RITE OBTINENDA
IN ALMA, AC CELEBERRIMA
REGIA SCIENTIARUM UNIV. HUNGARICA

PUBLICAE DISQUISITIONI

SUBMITTIT

J. SCHULHOFF.

In theses adnexas disputabitur in Palatio Universitatis
majori die Julii 1834.

PESTINI,
TYPIS JOSEPHI BEIMEL.
1834.

SPECTABILI AC CLARISSIMO

DOMINO

LUDOVICO TOGNIO

MEDICINAE DOCTORI

NEE NON

PATHOLOGIAE GENERALIS AC PHARMACOLOGIAE

IN REGIA SCIENTIARUM UNIVERSITATE

HUNGARICA

PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

V I R O
MAGNANIMITATE, BENEVOLENTIA,
EXPERIENTIA, HUMANITATE
I N S I G N I
PRIMOS CONATUUM SUORUM FRUCTUS

PROFUNDAE VENERATIONIS
SUMMIQUE
CULTUS MONUMENTUM
SACROS ESSE VULT

A u c t o r .

I.

Historia Naturalis Camphorae.

§. 1.

Camphora ab Arabibus primum inter medicamenta relata est; veteresque nullam videntur notitiam hujus substantiae habuisse; siquidem nulla prostent monumenta; nec *Galenus*, neque *Dioscorides*, viri in recensendis vegetabilibus refertissimi, quidquam produunt. Quantum ex hucusque indagatis concludere licet, prima ejus mentio sit a *Simeone Seth*, Saeculo 7-mo Constantinopoli vivente, qui (in tractatu de cibariorum Facultate) Camphorae phytographicam simul ac pharmacologicam largitur descriptionem, donec pedetentim virtus Camphorae per universum orbem innotuerit.

Nomen Camphorae est orientale, quod alii deducunt ex voce hebraica כפר (Pix, Cyprus, arbor odorata); alii ex arabico كحلج (Caphur) a); aut ab articulo *Alcafor*, vel *Alcamfor*. b) Ultima deductio videtur optima; saltem omnes nunc usitatae nomencla-

a) Philologmata medica, sive ad medicinam, et res medicas pertinentia, ex Ebraea, et huic adfinibus orientalibus linguis decerpta; Diss. Praeside C. B. Michaelis ab Auct. Joach. Dav. Schleunitz habita 1758. p. 33. §. XXIV.

b) J. C. Sommerhof Lexic. chem. pharm. Nürnberg 1701. §. 11. unō 51.

turae maximam habent cum hac similitudinem. Imprimis autem inde ortae videntur usitatae olim denominationes latinae: *Caphura*, *cafur* vel *Capur*, dein in *Camphoram* mutatae, et Graeca *σαφύρα*, unde dein quaelibet natio suum fecit nomen genio linguae adaptatum. Sic Germanis *Kampfer*; Anglis *the Camphire*; Gallis *le Camphre*; Italis *Camfora*; Hispanis *Camfor*, Hungaris *Kánfor*, dicitur.

§. 2.

Tres, quae occurrunt Camphorae species, ratione proprietatum inter se conveniunt, differuntque nonnisi forte ratione modi, quo singula colligitur, arborum, et variarum earundem partium, ex quibus elicitur, pretio item, quo venditur.

Prima species, ex qua Camphora apud nos usitata elicitur, est *Laurus Camphora* foliis triplinerviis lanceolato-ovatis. *Linneé*, Sp. pl. p. 528. *Thunb.* Fl. Japon. p. 178, ubi folia trinervia vocantur. *Trey.* in Nov. Act. nat. cur. Tom. 2. App. p. 358. — *Laurus Camphorifera* Japon vulgo *Kusnoki*. *Kämpfer* Amoen. exot. p. 770. c. icone. *Arbor camphorifera Japonica*, foliis laurinis, fructu parvo globoso, calice brevissimo. *Commel.* Hort. Amstel. Tom. I. p. 185. Tab. 95. Adposito ramulo florifero. *Arbor camphorifera Japonica*. *Breyn* exot. plant. cent. p. 11, cum figura ramuli frondosi; item *Ejusd.* Prodr. 2. p. 16. ic. 16. t. 2. comm. hort. 1. p. 185. t 59. *Camphora officinarum*. *Bauch.* pin. 500 *Blackw.* t 347. Iconem quoque praestitit *Regnault* Botanique, le Camphrier; sed absque flore.

Arboris hujus patria Japonia et quidem occidentalis praedicatur, et adjacentes insulae *Saikohf*, *Nipon*, aliaeque. Praeprimis colitur in provincia *Satsuma*.

Reperitur quoque in India orientali, nominatim *Java*, item ut *Müller* refert, *Capite bonae spei*, ubi mediae staturae arborem refert. Floret subinde in hypocaustis hortorum Europaeorum. In Japoniae silvis tantam proceritatem et crassitiem assequitur, ut interdum vix duo viri brachiis eandem amplecti possint. Arbor ista Lauro Cinamomo non absimilis, eo ab hac differt, quod folia ejus triplinervia lanceolato-ovata nervis tenuioribus ad marginem usque extensis ac divisis; ramis alternatim, aut et absque ordine quodam symetrico petiolis longioribus insideant, et rami prout et folia decerpta trita odorem camphoraceum sat gravem spargant, quod pari prorsus ratione truncus quoque, et praecipue radices praestant: notatu dignum etiam, quod ramis quibusdam flores solis staminibus, aliis vero mere hermaphroditos proferant. Radix in pauciores, ast sat crassos divisa ramos laterales, fortius olet, majoremve prae reliquis arboris partibus coctione largitur copiam Camphorae. Cortex in trunco arboris quidquam asper, nigricans, in ramis junioribus laevis, viridescens, splendidus, a ligno facillime secedit; lignum recens penitus album, siccatum vero, striis maculisve rubellis notatur, fibris crassiusculis laxè inter se textis conflatum, a scrinariis hinc inde ad conficienda varia suppellectilia adhibetur, cui tamen scopo minus pulchritudine respondet, ob superficiem asperam, quam dimissis cum tempore partibus resinoso-volatilibus contrahit. Folia tenuia membranacea, petiolis ex rubello viridibus, duas, imo tres, nonnunquam et ultra pollices longis insident, marginibus integris, jam planis, jam undulatis, jam tenui fimbria alba cinctis, cum superficie superiori ex profundo viridi splendente, inferiori vero dilute viridi, molli, tactu byssum mentiente; in medio

foliorum nervus excurrit dilate viridis, ad latera utrinque prominens, ramos laterales curvos, ad margines usque excurrentes dimittens, axillis ramulorum horum nonnunquam glandulae, unice huic arbori propriae, insident. Aetate proveciore arbor mensibus Majo et Junio ex angulis petiolorum ad fines ramorum, tenues, longitudinis circiter duorum pollicum pedunculos profert, pedicellis pluribus, floribus minimis instructos. Flores hi magnitudinem seminis Coriandri vix attingentes, petalis sex calicinis, albis, ovatis, staminibusque novem germen cingentibus constant; sequitur has partes drupa mollis, inferne calici insidens, magnitudine, non item forma piso aequalis, coloris ex profundo rubri nitidi, saporis partim Camphoram, partim caryophyllos redolentis, semen oleosum, fere insipidum magnitudine piperis recondit, in duo secedens hemisphaeria, cuticula nigricante cinctum.

§. 3.

Altera stirps Camphoram suppeditans est arbor in insulis orientalibus *Borneo et Sumatra* indigena, ab incolis *Liono* dicta, asserente *Correa de Serra*, a quo *Pterigium teres* nominatur, in multis cum *Schoorea robusta* conveniens, quae nativam Camphoram suggerit; est nimirum *Laurus* foliis ovalibus, acuminatis, lineatis, floribus magnis tulipaceis. *Houttuyn* in *Verhandeligen door de Maatschappye d. Weetensch. te Harlem*, vol. 21. pag. 266. sqq. tab. 8. *Arbor Camphorae*. *Grimm*. in *Eph. nat. cur.* Dec. 2. Ann. 1. pag. 371. fig. 33. *Arbor camphorifera Barosiensis*. *Arent-Sylvius* in *Valentini hist. simp.* p. 488. cum figura foliorum concinna. *Camphire tree* *Car. Miller* in *Phil. Trans.* vol. 68. P. 1. p. 169. *Marsden* *hist. of Summatra* p. 121. *Arbor haec*, quae a *Lauro Camphora* L. di-

stincta est, altitudine et crassitie quercum fere aequat. Folia contrita spirant Camphoram, qui tamen odor facile mora dispergitur. Fructus conditi grati sunt, et subtilem Camphorae saporem habent. Crescit arbor in partibus septentrionalibus Sumatrae, in silvis maris littori vicinis praecipue in montibus duplicem seriem constituentibus, ad orientem oppidi *Baros*, item in *Borneo* ejusdem generis Camphora reperitur, praestantior tamen Sumatrana, hinc et majori copia venditur.

Colligi nativa, nonnisi ex vetustis arboribus posse refertur. *Guil. Ten. Rhyne* narrat: ut incolae resciant arborem Camphora impraegnatam esse, corticem exciccant, et olfaciunt, ac truncum pulsitant, quodsi per colorem, sonum, et odorem se de praesentia Camphorae edocuerint, excindunt arborem ad radicem; corticem avellunt, et lignum ipsum findunt. Rami arborum vetustiorum saepe sponte fissuras contrahunt, ex quibus liquor oleosus exstillat, *oleum Camphorae* dici solitus, quod ipsum appensis vasculis excipitur. Hocce stillicidio praegresso augurantur indigenae Camphoram maturescere, et evicti de Camphorae praesentia sub variis superstitionis ritibus opus ipsum adgrediuntur. Coacervatur Camphora in interstitiis fibrarum ligni, praesertim ubi nodus quidam, aut hiatus est, et in exiguas laminas grumescit; *Grimmius* vero cum pluribus aliis eandem in medulla arboris residere dicit, rami plurima Camphora scatent. Glebulae majores (malaice *Copalla*) seorsim primo colliguntur, dein minores (mal: *Poervet*) pariter seorsim, tandem, ut, quidquid Camphorae tenacius inhaeret, (mal. *Cacki*) simul obtineatur, ipsum lignum radula ferrea defricant, et sic emergunt tres Camphorae species, quae distinguuntur nominibus vix allatis, lingua Malaica

idem ac caput, ventrem et pedes denotantibus. Prima species purissima sinceris et praestantissimis glebis constat; tertia impura festucis ligneis, et aliis peregrinis sordibus inquinata est. *Cl. Marsden* in Sumatra comorans, negat Camphoram hanc solum in arboribus vetustioribus contineri verum etiam in junioribus fluida forma, sive olei Camphorae nomine, quin statuit eandem arborem, quae fluidam Camphoram producit, nunquam siccam, pellucidam proferre, multasquae arbores neutrum genus erogare.

Nativa haec Camphora, longe lentius ad aeris adtactum disperit, quam Japonica; cariori etiam pretio venit illa, ita, ut sexagesies majus pretium sit; hujus ratio est, quod et in arboribus proceris non nisi libra una, duae, aut ad summum librae tres continentur, et pauperiores vix unciam unam alteramve comprehendant; sine dubio multum ejus adhuc in ligno latet, quod more Japonum erui cum lucro posset, transversim enim sectum odorem camphoraceum spirat, et pingue sentitur. Cavendum maxime, ne a lucrosis hominibus, additione aluminis, vel aliarum rerum corrumpatur. Summatrana, Belgicae societati commerciorum in oppido Baros degenti venditur, indeque Bataviam venit, ex qua urbe vel immediate a Belgis, vel per Chineses in Japoniam transfertur. Cui scopo Japones hanc nativam Camphoram tanto pretio redimant, nondum satis constat. Quidam censent, Japones hac Camphora tamquam additamento vulgaris uti, quo haec tanto praestantior fiat, exiguamque tantum nativae quantitatem ad hoc sufficere. Alii putant, ideo unice hanc Camphoram ab illis magni haberi, quod exotica sit. Omnium autem opinio-num maxime verosimilis est haec; Japones minus versatos esse in arte depurandi Camphoram patriam, et

ideo coemere exoticam. Utrum autem veram praerogativam habeat in morbis a Japonibus, imprimis autem a Sincensibus et Siamensibus praedicatam, Europaeorum certe medicorum experimentis adhuc determinari nequit, siquidem vix instar cimelii tantillum modo ejus in Musea rerum naturalium transferatur. *Cl. Grauford* statuit hanc Camphoram esse efficaciorē vulgari, longius in aura libera persistentem, coloris cretaceo albi, opacam, intra digitos friabilem odoris amoenioris, saporis initio refrigerantis, tardius vero calefacientis; hinc concludere licet, vires non omnino easdem utramque possidere. Recentissimi plurimi adserunt, modo per commercium et in Europam adferri, cum amplius non tanto zelo a Japonibus et Chinensibus quaeratur.

Eadem arbor largitur et *oleum Camphorae*, supra jam memoratum. Est potius resina liquida, quam oleum. Non solum sponte promanat, sed procul dubio lucri majoris causa, incisione quoque illud proliciunt. Fit haec transversali directione ad profunditatem aliquot pollicum, inde deorsum declivi modo excinditur, donec plana superficies effingatur, quam dein excavant, cavo immittitur arundo accensa, per minuta prima circiter decem unde liquidum ad hanc partem adtrahitur. Noctis spatio illud replet receptaculum illi destinatum, et noctibus subsequentibus tribus praevia ignis applicatione nova quantitas promanat, etsi parcior, donec post paucas repetitiones omne exhaustur. Extra patriam non usuatur, sed excellit vi resolvente et dissipante. Sumatranis in spasmodicis, tumoribus, quin inflammationibus extus illud illiunt, facileque ob insignem subtilitatem poros ingreditur.

§. 4.

Duae nunc recensitae arbores Camphoram unico cum lucro suppeditant. Sed inter congeneres et *Laurus Cinamomum*, vel ob Camphoram, quam ejus radix crassa et ramosa continet, et quae ejus sapore instruitur, memorabilis. Ea scetet non solum arbor *Zeylonica*, et quidem varietas *Capuru Curundu*, h. e. Cinnamonum Camphoratum, quae unico intra ditionem regis insulae reperitur, sed et *Martinicensis* et *Malabarica*, in cujus radice cortice praesertim haerere dicitur. Destillatione cum aqua facta una cum oleo transit, a quo post refrigerium separata, in crystallos sese coadunat, candidissima est, et odore Camphora vulgari gratior. Eadem ratione obtinetur, ut Japonica; constat ex granis parvis diaphanis. Haec species Camphorae charissima est, et nec constat serium usum in locis natalibus ejusdem fieri.

Multae adhuc aliae stirpes dicuntur camphoriferae, uti plures adhuc Lauri species, multae bilabiatae, et nonnullae umbelliferae, ex quibus Chemici Camphoram elicuerunt; in specie sunt: *Rosmarinus*, *Salvia sclarea*, *Hysopus*, *Maidrana*, *Satureia*, *Chenopodium Ambrosioides*, *Camphorata*, *Millefolium*, *Ageratum*, *Unxia camphorata*, *Schoenantus persicus*, radix *Zedariae*, radix *Enulae*, radix *Acori*, herba *Thymi vulgaris*, herba *Menthae piperitae*, herba *Lavendulae*, herba *Anemones pratensis*, semina *Cardamomi*, *Cubebae*, bsemina *Foeniculi*, *Maranta galanga*, *Amonum Zingiber*. Omnes nunc recensitae plantae Camphoram praecipue in oleo aethereo contentam, minima largiuntur quantitate, quod ex experimentis cl. Proust elucet, qui ex oleo aethereo *Rorismarini* $\frac{1}{17}$; ex oleo aethe-

reo *Maioranae* $\frac{1}{4}$; ex oleo *Satureiae* $\frac{1}{4}$ partem *Camphorae* obtinuit.

§. 5.

Expositis tribus speciebus *Camphorae*, ratione item, qua obtinentur, mentio adhuc injicienda est de *Camphora artificiali* a cl. *Kind* detecta; paratur haec: si per oleum *Terebinthinae* in excipulo *Woulfiano* contentum gas muriaticum ex anaticis partibus sodae muriaticae ope acidi sulfurici concentrati elicitedum urgeatur; gas isthoc *Terebinthina* avidè absorbet, incalcescit, coloremve prius flavum in bruneum mutat; ex liquido hoc refrigerato spatio 24. horarum massa secedit crystallina, quae intra chartam bibulam expressione, iteratave sublimatione super calcariam carbonicam, vel solutione in spiritu vini largitur veri nominis *Camphoram*. Liquor residuus bruneus est acidum muriaticum junctum cum quodam oleo aethereo artificiali, quod distillationis ope cum calcaria carbonica, ab acido adhaerente separari potest. Haec parandi methodus experimentis a cl. *Trommsdorf* iterato institutis sat superque comprobatur. Juxta opinionem cl. *Thenard* *Camphora* haec artificialis ex Chlorina, Hydrogenio, et oleo *Terebinthinae* non mutato, secundum vero cl. *Kind*, *Trommsdorf*, *Boullay*, *Clüzel* et *Chomel* ex Oxygenio, Hydrogenio et Carbonio constat. Secundum alios ex 0,825 Carbonii, 0,104 Hydrogenii et 0,152 acidi Muriatici partibus componitur.

§. 6.

Revertor jam ad *Camphoram* ex prima *Lauri* scilicet specie superius (§.2.) descripta, oriundam. *Camphora* ex arbore illa petita dicitur *Japonica*, quia hucusque nonnisi ex *Japonia* in alias terras translata fuit.

Modus eandem obtinendi a cll. viris Japoniam adeuntibus brevibus tantum descriptus est. Radicem unice in hunc finem adhiberi *Ten Rhyne* innuit, *Cleyer* autem et ramos juniores asserit; radicem et lignum sine trunco et ramis affirmat *Kaempfer*; *Thunberg* autem radicem et lignum trunci adhiberi refert. Hae partes ergo grandiusculis arboribus autumno praecisis, et radicibus evulsis in festucas discissae, cum aqua pura immittuntur aheno, seu vesicae ferreae, vel cupreae; huic supra cavitatis medium craticula inseritur, fundo aqua infunditur, craticulae autem ramenta ad vesicae repletionem usque injiciuntur. Scopus hujus craticulae est, ut vaporibus aquae dura frustula emollita tanto facilius Camphoram dimittant. Vesica instruitur collo longo et angusto, apicem versus acuminato, collo superponitur capitellum fictile latumque, rostratum, stramine repletum. Sic vesica peculiari furno immissa coctio instituitur per 48 horas protracta, sub qua Camphora sursum ascendens, nivis instar alba, stramini vel scirpo capituli adhaeret. Camphora sic sublimatione obtenta constat glebis exiguis plerumque griseis, oleosis, quibus multae sordes ex stramine, ligno, pilis, lana aliaeque imixtae sunt, et haec est *Camphora cruda* (*Gallis Camphre brut*, Germanis *roher Kampfer*) quae dein transfertur intra vasa lignea, stramine tecta in Asiam, Turciam et Europam; si longiori via transportanda sit, reconditur in vasa metallica. Magna ejus pars in Persiam, Bengaliam, Suratam, Chinam, indeque in Europam pervenit.

Antequam tamen haec Camphora cruda in usum medicum trahitur, sublimatione denua depurari debet. Artem illam, quae refinatio dicitur olim, usque initium seculi XVI. Venetae soli exercuerunt, sed

postea in Belgarnm manus transiit, qui in officinis chemicis simplici sublimatione Camphoram purgant, testantibus cll. *Bomarcé* et *Jars*, qui enchiresi huic interfuere, quorum neuter alicujus additamenti mentionem facit. Officinae tales, quae hodie Londini quoque, Parisiis, Berloni, Amstelodami, Kopenhagaeque exstant, mox pluribus mox paucioribus furnis instruuntur, hinc mox plura, mox pauciora vasa sublimatoria comprehendunt. Camphora cruda comminuta, aut mortario ferreo, aut instrumento scindente, aut et mola quadam manu versanda, immittitur in cucurbitas exiguas, altitudinis sex vel septem pollicum ex vitro albo tenui, quarum venter deorsum convexo planus est, diametri circiter septem vel octo pollicum, collum longitudinem pollicum duorum cum dimidio habet, cum orificio poll. $\frac{3}{4}$. Quaelibet postquam paulum supra duas libras Camphorae iis inditum fuerit, in catinum ferreum arena repletum collocatur. Singulis peculiare furni destinati sunt, sic ex lateribus exstructi, ut quinquaginta circiter ejusmodi furni junctim coadunentur. Cucurbita in catinum reposita nonnisi ad dimidium ventris arena contegitur, quod solet mensura esse, ad quam Camphora liquata ascendat. Ignis moderamen justum maxime necessarium est, quod regitur ad normam thermometri, et cui cespes bituminosus succensus, ut qui calorem mitem, aequalem sua natura suppeditat, maxime favet. Si justo minor calor est, sublimatio non contingit; si justo major, Camphora ultra orificii cancellos elevatur, et ad latera defluit. Ne autem Camphora colli lumen claudat pluries bacillo ferreo materies auferenda est, et aditus liber aeri restituendus. Refrigeratis cucurbitis hae franguntur. Camphora pura ad superiorem ventris cucurbitae partem condensata tum formam pa-

nis vel placentae refert, sursum convexae deorsum concavae, medio ex agitatione bacilli ferrei perforatae, pondere librarum duarum; separatur ab ista prominentia ex colli figura residua, item quidquid sordium adhaeret, deraditur, ut nonnisi massa alba transparens servetur, quae chartae rubrae vel caeruleae ad venditionem involvitur. Quod in cucurbita remanet, tantum crusta tenuis est, quae ut materies inutilis rejicitur. Labor intra diei spatium finitur.

Camphora autem heterogeneis, supra allatis partibus inquinata, sub sublimatione empyreumaticum oleum emergit, quod absque additamento calcariae Camphorae colorem luteum conciliaret, et vim ejusdem medicam manifeste mutaret, quod tamen praecavetur, Camphorae crudae calcem, aut cretam addendo, quod etiam in Belgio fieri cll. *Ten Rhyne*, *Cramer*, et *Ferber* testantur.

Potest Camphora et spiritu vini depurari, dum nimirum solutione praegressa destillatio instituitur, qua spiritus primum transit, dein Camphora, quae in panes, liquatione intra clausum vas, transformatur. Methodus haec Camphoram depurandi praestans quidem est, sed nimis sumtuosa, nec pro majori quantitate Camphorae apta, hinc in commercio Camphoram more antiquo depuratam obtinemus.

§. 7.

Camphora depurata genuina sistit massam albam, levem, solidam, non nimis duram, luci quidquam perviam, texturae granosae, aut et crystallisatam sub forma octaedra, pyramide tetragona, vel et lamellis hexaëdris, ad adtactum subunctuosam, fragilem, cum fractura nitida et tenacitate quadam pulveris formam respuente; gravitatis specificae a 0,9857—0,996

odoris largo ambitu sese spargentis, fragrantis, peculiaris, non inamoeni aromatici; inter dentes masticata cerae instar se habet; saporis quidquam fortis, aromatici, amaricantis, ab initio fervidi, mox frigoris sensum inducentis, aquae superficiei innatat. Est summe volatilis, acre libero vel negligentius tecta sensim, sensimque disperit. In temperatura media consistentia ejus non mutatur; sub 175° funditur in oleum limpdatum; sub 204° ebullit, et sublimatur forma vaporum densorum, pungentium, qui refrigerati in flores nitide albos, diaphanos, vel etiam in massam solidam, pellucidam condensantur; cum sex partibus argillae destillata largitur oleum odoris Rosmarini, aquam acidulam, et relinquit carbonem; per tubos candentes ducta dat oleum volatile, gas hydrogenium carbonatum, sed nullum carbonem. Flammae admota ardet lumine lucido albo, et fumo copioso, qui in fuliginem condensatur, absque tamen carbone, vel cinere relictis. Ardet quoque frustulum majus sub natatione in aqua. Lente vitrea autem vel speculo caustico non accenditur, nec in flammam erumpit carboni candenti imposita, sed in fumum resoluta aufugit; sustentat candescentiam fili platini, prout alcohol; in gase oxygenio ardet flamma alba lucida, evolutis fumo, fuligine, acido carbonico, camphorico, et probabilius etiam aqua. Pertinet ad corpora electrica non infima, frustum enim majus panno laneo adfrictum corpora levia adtrahit, et per condensatorem cl. *Volta* scintillas excutit.

In aqua Camphora parum solvitur, et solutum vix γασσο efficit, saporem tamen et odorem huic communicat; minima haec Camphorae quantitas detegitur per Kali purum, quo aqua Camphoram tenens turbatur, in ea tamen majori quantitate ope gummi, sachari

aut vitelli ovi suspenditur. In digestore Papini dicitur aqua Camphoram colore flavo solvere, et refrigeratam retinere; verosimiliter autem hic Camphora mutationem aliquam subit. Frustula parva Camphorae aquae injecta in superficie motum excitant gyratorium, quem cel: *Veniuri* pro phaenomeno olei, supra superficiem aquae semet expandentis, ac demum evaporantis habet.

Spiritu vini rectificato facillime solvitur, et quidem sub temperatura 12° in $\frac{1}{4}$ alcoholis 0,806, ex qua solutione per aquam iterum Camphora nihil mutata praecipitatur, et si aqua lente adfundatur forma crystallorum parvarum filiformium, vel lamellas referentium; addita autem nova quantitate spiritus vini, praecipitatum hoc iterum resolvitur. Camphora alcohole soluta, adauget ejusdem vim copalum solventem; alcohole, et quidem aliquot tantum guttulis irrorata Camphora in pulveris formam se redigi sinit.

Solvitur oleis tam aethereis, quam expressis, non minus etiam resinis et balsamis.

Acidum sulfuricum concentratum facile solvit Camphoram, et quidem in temperatura vulgari aequale, in altiori triplum ponderis sui, et oritur liquidum fusco rufescens, ex quo recenti Camphora adhuc genuina praecipitatur; cum tempore, facilius adhuc, si solutio destillationi subjiciatur, testante cl. *Hatchet* decomponitur in oleum, resinam nigrescenti fuscam et carbonem. Quodsi Camphora cum aqua et modico acido sulfurico incalescat, *Buchnero* referente lacmus per vapores ejus rubro tingitur colore.

Acido nitrico pariter facile solvitur Camphora, et pro parte etiam oxydatur. Solutio in duo secedit strata, quorum superius flavum, olei instar comparens, et ideo, nomine quidem minus recto oleum Camphorae

insignitum, Camphoram multam non mutatam, et acidum nitricum concentratissimum; inferius vero excolor Camphoram paucam et acidum nitricum dilutum tenet. Sequitur hinc, Camphoram facultate gaudere acidum nitricum aqua privandi, cum hic eadem fere, uti basis, agat ratione. Etiam ex solutione in acido nitrico per aquam praecipitatur. Solutio haec iterum destillata largitur certam quantitatem acidi camphorici per *Kosegarten* 1785 primo detecti, cujus genesis certe decompositionem acidi nitrici supponit, oxygenium enim acidi nitrici in processu hocce unitur hydrogenio et Carbonio Camphorae, et gas nitrosum evolvitur. Cl. *Dörfurt* acidum hocce pro Benzoico declaravit, quod tamen acidum esse proprii generis camphoricum elb: *La Grange*, et [*Buchholz* cum certitudine adfirmant.

Acidum hoc crystallisatur aciculis albis splendentibus, saporis est initio aciduli, tum amaricantis, odoris, dum calefit, camphoracei, pungentis; sub 65° funditur, et refrigeratum crystallisatur; potest, quin mutetur, sublimari 100 partes aquae 96° solvunt 12 ejus partes; 50° , 2,46.; 25° , 1,46.; $12\frac{1}{2}^{\circ}$, 1,13. partes acidi. — 100 partes alcoholis sub $62\frac{1}{2}^{\circ}$, 121 partes acidi solvunt, sub temperatura vulgari 110. — 100 partes aetheris sub $8\frac{1}{2}^{\circ}$, 65 partes acidi. — Solvitur acidum hoc etiam oleo terebinthinae fervido. — Sales acidi hujus solubiles saporis sunt amari, quidquam aromatici; ardent flamma violacea aut rubra; sicca destillatione corrumpuntur, et per acida fortiora acido proprio orbantur. Kali camphoricum largitur aciculos facile solubiles; natrum c. difficilius crystallisatur, sub 8° in 80 partibus alcoholis absoluti solubile, uterque sal ab aëre humidum adtrahit; ammonium c. dat facile solubiles liquescentes, difficulterque cry-

stallisandas acus; baryta c. acus et lamellas in 2 part. aquae solubiles; strontium c. lamellas magis solubiles; calx c. prismata tetragona rhomboidalia magna 0,37, 5 aquae crystallisationis tenentia, et in 5 part. aquae frigidae, facilius in calida solubilia; argilla c. prismata tetragona, humidum attrahentia, in 6; aquae frigidae, et 50 alcoholis abs. frigidi solubilia; oxydulum mangani c. lamellas facile solubiles; oxydum ferri c. dat praecipitatum rubro fuscum; nicolum c. viride; oxydum platini c. flavum; oxydulum hydrargyri c; oxydum zinci, plumbi, stanni et argenti camphor, praecipitantur colore albo; oxydum cupri praecipitatur colore viridi, sub leni igne evadit caeruleum, mox iterum viride, ac tandem nigrum.

Prolatis nunc quibusdam de acido Camphorico, ejusque salibus, redeo rursus ad ipsam Camphoram, quae imperfecte ac inconstanter solvitur acido muriatico. Solvitur praeterea acido arsenico, fluorico et phosphorico. Optime autem solvitur acido acetico concentrato, quod duplum ponderis sui solvit; solutio sistit liquidum densum, acre, inflammabile et absque residuo combustibile. Acetum vulgare parum solvit. Acido oxalico, tartarico non solvitur. Respuat unionem cum alkali sive fixo, sive volatili, nec cum alterutro saponem efformat; absorbet tamen fere aequale volumen amonii gasformis; — cum sulfure et phosphoro fusione unitur. Cum Jodio unitur in massam fuscam, mollem, aqua, alcohole, et oleo terebinthinae solubilem. Si Camphora cum alumine destilletur, decomponitur et obtinetur oleum limpidum coloris aureo-flavi, aliquantum acidi camphorici, multum gasis acidi carbonici, et hydrogenii carbonati, in retorta remanet carbo cum alumine.

§. 8.

De partibus constitutivis Camphorae plurimae prolatae sunt sententiae, quas omnes recensere loci, temporisque angustiae mihi vetant. Nec sententia Neumannii, quod ex copia phlogisti, pauxillo aquae et subtilissima terra conflatur, satisfacit in omnibus. — Abstinere a chemico scrutinio fecit procul dubio molestia experientia, quod resuscitari ex menstruis, quibus subacta fuerat Camphora, facile sua integritate possit, pertinaciterque decompositioni resistat. Recentissimis tamen experimentis chemicis innotuit, Camphoram constare ex

	ad Sasoure	Thomson	Göbel	Ure
Carbonio	74,38	73,8	74,67	78,02
Hydrogenio	10,67	14,4	11,24	11,58
Oxygenio	14,61	11,8	14,09	10,40
Azoo	0,34	„ „	„ „	„ „
	100,00	100,0	100,00	100,00

§. 9.

Ex hucusque dictis elucet, Camphoram nec inter gummata, nec inter resinas, balsama aut oléa aetherea referendam esse, sed constituere corpus sui juris, quod in regno vegetabili diversa ratione, et diversis partibus unitum occurrit, videturque medium locum tenere inter olea aetherea et resinas.

II.

Pharmacodynamia Camphorae.

§. 10.

Camphora ab omnis aevi medicis ad efficacissima remedia relata, imo et inter haec ei primus assignatus erat locus, siquidem vix occurreret morbus, cui certis sub conditionibus non se proficuum exhibuisset. Sed nec de ullo alio medicamento tot, tantaeque et sibi oppositae, singulaeque suis confirmatae observationibus, ab auctoribus prolatae sententiae, quam de Camphorae virtute, et modo agendi, cum cuilibet pro varia, qua exhibebat, dosi, varia, sub qua exhibebat ad vivum organismum relatione, varia se obtulerint phoenomena. Exactam experimentorum circa virtutem medicam Camphorae institutorum et deductarum inde sententiarum descriptionem offert cl. *Murray* (apparatus medicam. vol. IV. p. 473 et sqt.) Sufficiat hic tantum generatim recensere virtutes eidem attributas: refrigerantem quippe, antiphlogisticam, calefacientem, stimulantem, sopientem, diaphoreticam, antisepticam, in singulos quosdam morbos specificam, denique et antidotam.

Aevo nostro relatio Camphorae ad organismum vivum accuratius indagata et determinata est; tribuiturque illi virtus stimulans magna, super universum systema nervosum citissime diffundenda, non eo gradu adficiens systema vasorum, principium vitale positivum praeprimis excitans. Hinc moderatam illius applicationem, nervorum actio alacrior, expansionis sanguinis, caloris animalis, turgoris vitalis, transpi-

rationis cutaneae augmentum, pulsus plenior insequuntur a); dosi majori (10 — 20 gr:) producit calorem animale magis auctum, anxietatem, congestiones, temulentiam, et debilitatem nimiam b); dosi adhuc majori (scrup. — drachm.) jam venenorum narcoticorum acrium adinstar agit, prout id experimenta ab *Alexandro* c) temerarie in se ipso, et ab *Orfila* d) in animalibus instituta, nec non observationes a *Barfot* e) comprobant; oriuntur scilicet: dolor urens in cavo oris, pharynge, oesophago et ventriculo, nausea, vomitus, imo et haemorrhagiae variarum partium; non insequentibus istis evacuationibus, tunc, quin conspicua exaltatio vis vitalis antecederet, comparent facies pallida, frigus, horror, abolitio sensuum, pandiculatio, debilitas muscularis, somnus soporosus, mox insequuntur diliria, convulsiones, sensibilitas exhausta, respiratio stertorosa, et mors interdum apoplectica. f) *Sundelin* g) repetit haec symptomata a nimia sanguinis expansione per Camphorae doses magnas inducta, orta que inde pressione in cerebrum et totum systema nervosum, nec censet esse sequelas exhaustae irritabilitatis, suffulcitque suam opinionem analogia intercedente inter symptomata haec, et ea, ex mechanica quadam pressione in cerebrum oriri solita. Venis injecta Camphora adhuc graviores exerit effectus; textui celluloso ipsi applicata Camphora necat. Memoratu digna est observatio, Camphoram in frustis deglutitam nonnisi post 3 — 4 dies mortem adducere, quo

-
- a) Hartmann Pharmacol. dynam. ed. altera vol. II. p. 100.
 b) Schwartze Pharmacol. Tab. Leipzig 1833. p. 169. c) Med. vers. u. Erfahr. 1773. S. 96. d) Allg. Toxicologie a. d. F. v. Hermbstaedt Bd. IV. §. 946. e) de vi venenatae Camphorae 1799. f) Richter G. A. ausführ. Arzneimittellehre Bd. 3. p. 311. g) Speciell. Heilmittell. Bd. II. S. 378.

in casu corrodendo agit, suppurationemque plus minus extensam excitat. a). — Mala posthuma, usum Camphorae magna dosi exhibitae excipientia sunt: nisus ad alvi constipationes, somnolentia, fibrarum muscularium irritabilitas deleta, cum exaltata sensibilitate. Vim venenatam Camphorae acida vegetabilia, opium, adstringentia item optime corrigere valent.

Tribuitur Camphorae praeterea vis peculiaris sensibilitatem ac irritabilitatem exaltatam organorum genitalium imminuendi, imo a nonnullis et vis, generandi potentiam ad imum prosternendi; b) quod secundum cl. *Richter* c) per nautas longinqua per oceanum itinera facientes, qui frustillum Camphorae, sui a stimulo sexuali continentiae gratia ad scrotum perineumque suspensum gerunt, saepius experientia comprobatum habetur. *Cl. Neumann* in recentissimo suo opere d) refert Camphoram majori etiam dosi et longiori tempore interne usitatam ad infringendum stimulum sexualem virorum nihil contribuere, externe autem ad scrotum adplicatam, aliquid in hunc finem conferre, imminuendo ad has partes sanguinis congestionem, secretionem non modo impedire, sed vegetationem etiam adeo restringere, ut testes volumine decrescant. Non desunt tamen observationes aliorum virorum, testantes, per usum quoque internum Camphorae diuturnum, idem accidere, ita quidem, ut vis generandi in his organis penitus deleatur, nunquam amplius resuscitanda. Interim teste experientia occurrunt etiam casus individuorum irritabilium, in quibus sti-

a) Schwartze ph. Tab. I. c. b) *Selle Medic. clin.* p. 551.
 c) *Specielle Therapie Tom. IV.* p. 453. — *Ausführliche Arzneimittell. Tom. III.* p. 343. d) *Ueber. d. Krankheit. d. Vorstellungs Vermögens Leipzig 1822.*

mulus sexualis per usum Camphorae adaugetur potius, quam ut deprimatur.

Specificae quoque vires quaedam Camphorae a quibusdam praedicatae hic memorandae sunt; utpote vis contagium variolosum tollendi, cum juxta observationes Gessenii filum contagio hocce insitionis causa imbutum, cum pauxillo Camphorae vitro inclusum servatum, vim contagiosam ex toto omiserit; et vis, quam in organa uropoetica exerit, quaeve symptomatibus per cantharides hic locorum provocatis prae omnibus aliis, tollendis, mitigandisque par est; demum illa in hydrargyrum ejusque oxyda directa, horumque nimiam ac incongruam in glandulas salivales actionem ac effectum coercens. Licet prima harum virium specificarum rationi minus fundatae innitatur, eo magis binae posteriores quotidiana experientia multoties comprobatae existunt, ut ut hasce ex communi vi incitante Camphorae, generalibus nixi principiis deducere nequaquam valeamus.

Expositis generalibus Camphorae in organismum vivum effectibus, statuenda sunt momenta usum illius indicantia et vetantia. Usus Camphorae generatim indicatur, ubi stimuli cito per integrum systema nervosum propagandi opus est, ubi actio et functio depressa organorum haematophororum sollicitanda est; dein functione cutis languente, et transpiratione imminuta aut suppressa, ita tamen, ut haec functio alienata nec per statum inflammatorium, nec per spasmodicum sustentetur, verum ob vitalitatem depressam et irritabilitatem vasorum capilarium iraminutam. Cum stimulo agat summe volatili effectus quoque ejus cito evanescit, hinc iteratis dosibus eandem propinare oportet. — — Abstinendum autem esse a Camphorae usu indicant: habitus apoplecticus, plethora, conge-

stiones versus encephalon, pectus, cutim, haemorrhagiae activae, et dispositio ad easdem, diathesis phlogistica, status vere inflammatorius, languor cerebri, aut et paralysis, a) sensibilitas nimia viarum primarum, vel et sordes earundem, habitualis alvi obstructio, infarctus viscerum inflammatorii, crisis morbi cujusdam per vias urinarias expectanda; b) spectant huc denique et idiosyncrasiae, saepe usum ejusdem apud nonnullos non tantum internum, sed et externum interdicientes.

A corpore tantae, tamque multiplicis vel nocendi modo efficaciae sperandum etiam est, in vario morborum genere, cauto et ad oportunitatem respiciente usu exercere posse virtutem egregiam. Morbi in quibus frequentissime optato cum effectu exhiberi solebat, sunt sequentes:

§. 11.

I. F e b r e s.

1. *Febris inflammatoria*, in qua Jahn c) Camphoram ut efficax remedium commendat, si statu phlogistico venaesectionibus, refrigerantibusque fracto, vires excedentes mitigatae, irritatio imminuta, pulsus parvus, mollis, acceleratus, contractus, aut spasmodicus, cutis vero sicca, rugosa ac aestuans sit; capitis temulentia, soporositas, deliriumque placida sese insinuent, seu brevibus, ubi characteris adynamici evolutio timenda; hic initio aura Camphorae exhibenda, incrementibus autem phaenomenis omenosis dosis ejusdem augenda erit.

a) Reils Fieberlehre B. I. S. 549. b) Selle I, c. c) Practische Materia Medica B. 1. S. 470.

2. *Febris putrida*; quantum polleat Camphora in putredine avertenda, experimentis extra corpus humanum quoque cognoscitur; sic grana duo aqua mixta magis praeservant carnem a putredine, quam sexaginta salis marini. a) Quin caro plane non computruerit intra vitrum in miscela Camphorae comminutae, etiamsi subinde inter experimentum aeri accessus liber contigerit. b) In febribus autem hujus naturae non tantum vi antiseptica, sed et vires erigendo, et crises per cutem promovendo juvat. Indicant usum ejusdem pulsus parvus, mollis, debilis, sudores frigidi, viscidi, loquela debilis, facies collapsa, pallida, soporositas, situs neglectus, delirium placidum, subsultus tendinum; c) et commode Camphora in hoc casu jungitur cum acidis mineralibus, liquore anodino minerali Hoffmanni, spiritu nitri dulci, spiritu cornu cervi, aethere acetico et sulfurico, radice Angelicae, Imperatoriae, Arnicae, Valerianae, Serpentinae, cortice item peruviano. Insuper ad corrigendum aerem putridum conclavis, quo aeger decumbit, acetum, cui camphora injecta, super carbonibus exhalationi exponendo.

3. *Febris nervosa*, in qua virtus Camphorae excitans et diaphoretica auxilio insigni est: d) ad symptomata quaedam urgentia tollenda, ad stagnantia liquida movenda, et ad sudorem criticum adjuvandum commendatur. Praesentaneum saepe exstat delirii, et anxietatis remedium, et somnum diu interceptum, sine noxa, per opium induci solita, procurat. Apte solet in hoc febris genere Camphora tartaro emetico jungi.

a) Pringlés Diss. afthe army. Append. p. 12. b) Essai sur la putrefaction. p. 399. c) Raimann speciell. Therapie B. I. S. 94. d) Huxham oper. Tom. I. p. 172. Tom. II. p. 84.

4) *Febris gastrica*, Camphoram exiōscens, dum sordibus primarum viarum fere eliminatis, character putridus imminet, pulsus lentus, mollis, undosus, cutis vero sudore frigido, viscido foetente obducta sit. *Jahn* in hoc casu Camphoram junctam acido tartarico aut sulfurico se bono cum effectu propinasse asserit, characterē vero putrido successive magis evoluto Camphorae remedia excitantia, stimulantia, antiseptica adjungenda erunt.

5. *Febris biliosa*, a bile corrupta aut abundante exorta, secundum *Wedekind*, qui morbi initio, praemissa venaesectione, et emetico propinato, omni secunda hora quinque grana Camphorae cremiori tartari et oculis cancrorum junctae summere jussit, inuens simul, hoc primo solum morbi stadio fieri posse; morbo autem increscente, evolutaque fors jam hepatis inflammatione hanc methodum relinquendam esse monet; (agendi methodus ex clarissimorum et expertissimorum virorum sententia rejicienda).

6. *Febris intermittens nervosa*, quam usui Camphorae saepe cessisse *Amelung* a) et *Hallé* b) aliique asserunt. Summae dignitatis est in febre intermittente typhosa ad horrorem diurnum, symptomatibusque omenosis conjunctum imminuendum et sudorem inducendum. In tali casu *Auduart* c) Camphoram opio et Aloë junctam efficacem invenit. Saepe etiam in febre intermittente arthritidi, rheumatismo chronico, scrofulis, scorbuto scabiei, veneri etc. copulata, Camphora cortici peruviano juncta exhibetur, et quidem bono cum effectu; tum, si paroxysmi non debito sudore terminentur.

a) *Hufeland's Journ.* XVIII. St. II. S. 133. b) *Mem. de la Soc. R. d. medic.* vol. V. p. 69. sqq. c) *Nouvelle therapeutique des fièvres intermittentes etc.* 1812.

§. 12.

II. Inflammationes.

In his Camphora universim convenit, si phlogosis per evacuantia, imprimis sanguinis jam mitigata, pulsus contractus spasmodicus, aut mollis, parvus et debilis sit, si molimina in diaphoresim adsint, et ex omnibus eluceat, spasmodicam vasorum capillarum contractionem in causa esse, quo minus morbi decrementum et ejusdem in reconvalescentiam transitus ingruere valeat; aut si inflammatio indolis magis erysipelatosae sit. Dosis initio parva esse debet, et successive nonnisi, exigente id morbi indole, aut aegri constitutione augenda.

In *enkephalite Pringle*, plurimique recentiores medici, Camphoram hydrargyro junctam, cujus effectus referente *Raulin* in glandulas salivales restringit, magnis extollunt laudibus. — In *angina membranacea* cum amonio. *Wolff.* a) In angina parotidea multum confert ad metastases, in hoc morbo non raras, praecavendas. b) — In *Inflammationibus organorum cavi pectoris* cum nitro, antimonialibus, praesente caractere bilioso cum sale amoniaco, acetate amoniae, sulfate sodae; caractere autem putrido notatis cum arnica polygala senega etc. Camphoram efficax sistere remedium *Jahn* asserit

In *inflammationibus membranarum serosarum et mucosarum*, uti pleurae, peritonei, ventriculi, intestinorum, uteri, debita sanguinis evacuatione praemissa, impetum sanguinis versus cutim dirigendo, sicque eundem in partibus inflammatis imminuendo, praeser-

a) Hufel. Journ. 1830. Januar.

b) G. A. Richter arzneymittell. Bd. III. 348.

tim si adfectio systematis nervosi eminentior praesens sit, transitusque in gangraenam timetur, eximium praestat effectum, ubi secundum circumstantias cum salibus antiphlogisticis, calomela, opio, amonio, moscho combinata exhibetur. In inflammationibus pulmonum, ventriculi et intestinorum in emulsione praescribitur. Huc pertinet et febris puerperalis, in qua deleto caractere hypersthenico et statu adynamico cum caractere putrido praesente multo majus emolumentum adtulit, quam oleum terebinthinae ab Anglis recentiori tempore rursus commendatum.

Inflammationibus et *rheumatismum* adnumero; ne audeat vero quis Camphoram in rheumatismo acuto initio statim morbi exhibere; hic enim incitationem augendo, et sic inflammationem, cutim ad diaphoresim prolixam disponendo, et sic debilitatem secundariam inducendo, nocere potius, quam profuisse visa est. Secundum cl. *Stoll* tunc indicata est, ubi morbus ultra octo jam excurrit dies, febris multum decrevit, pulsus quidem citati adhuc, sed nequaquam duri aut pleni sunt, caput liberum est; attendendum potius ad characterem morbi, ubi inflammatorio jam penitus devicto, et asthenico evoluto sine cunctatione exhiberi poterit. Jungitur nunc Camphora salibus mediis, acetati amoniae, antimonialibus, pulveri Doweri, stimulantibus, et antisepticis. Tutius adhibetur in rheumatismo chronico, ubi cum antimonialibus, hydrargyro, gummi resina quajaci, aconito, et ut cl. *Vogel* indicat cum sulfure peculiarem sibi vindicavit laudem.—

Liceat hic quaedam de usu interno Camphorae in *gangraena*, utpote tam frequenti exitu inflammationum, adjungere. In hac ut praestans remedium jam cognovit arabs celebrati nominis *Ali Oseibah*; seriori tempore pressius persequutus est hanc ejus faculta-

tem *Collin*, a) qui non haesitavit Camphoram cortici peruviano junctam omnibus aliis remediis praeferre; nec nunc virtus ejus excitans antiseptica in morbo hoc deneganda, quin tamen celebretur pro unica et potentissima hujusce medela.

§. 13.

III. Morbi cutanei.

Si actio vitalis in cute debilitata appareat, quodsi exanthematis eruptio ex debilitate retardetur, aut in cute jam proruptum, ex eadem causa iterum evanescat, unde graviores organorum internorum affectiones nervosae exsurgunt.

1. *Typhus contagiosus, et pestis*; in his *Huxham* et *Grant* Camphoram salutarem invenerunt. Et cl. *Hildenbrandt* b) laudat eam in stadio nervoso, ubi praesente exanthemate proprie ad febrim spectante, per dosim parvam Camphorae magis fixo reddito, decursus totius morbi tutior redditur. *Minderer* in peste solum benigna, ut ille ipsam vocat, Camphorae bonos expertus est effectus; *Dolst* vero et *Samoilovitz* Camphoram cum cortice peruviano, et vino in singulis horum morborum stadiis adhibuerunt. Grassante Odesae peste, referente *Wagner* c) mixtura ex Camphorae gr. 10, et olei terebinthinae unc. duabus composita, ter per diem sumpta, qua remedium infallibile praedicabatur, et adhibebatur etiam in multis casibus; inter paucos, qui morbo hoc evaserunt, sunt nonnulli, qui hoc remedio utebantur; an tamen hoc remedio salvati sint, Referens decidere non audet.

a) *Observ. circa morbos* P III. p. 145.

b) *Uiber d. ansteckenden Typhus.*

c) *Hufel. Journ. B. 70. St. 2. S. 116.*

2. *Variolae*, in quibus usus *Camphorae* jam veteribus notus fuit; tamquam praeservativum adversus eas a *Boerhavio* declarata est, cujus sententiae *Rosentein*, *Stoll* et plures alii assentiebant. Ast certior et efficacior virtus ejus in ipso morbo, et quidem ejus stadio infectionis et eruptionis est; si febris non vehemens, in nervosam vergens, cutis pallida, frigida, flaccida, pulsus parvus, mollis, lentus sit, si eruptio variolarum non debite contingat, verum papulae mox erumpant, moxque evanescant; memorabilis quoque virtutis est, si cutis spasmodice contracta eruptionem variolarum impediat, et non minus efficax, ubi variolae jam evolutae, pallidae, aut caerulescentes, collapsae, putridam prae se ferunt indolem. Virtutem *Camphorae* in putridis variolis *Hallerus* a) primus ex observationibus a 1735. stabilivit, qui eam in emulsione ad scrupulum per diem aegris exhibuit, tumque proficere vidit, dum haemorrhagiae ex resoluta sanguine nascebantur. Acidis nuptam in malignis speciebus nonnullis optime prodesse vidit *Tissot*. b) Legi merentur casus varii de praestantia *Camphorae* in variolis ancipitis generis a cl. *Collin* c) consignati.

3. *Morbilli et scarlatina* tunc in *Camphora* remedium optati effectus agnoscunt, si eruptio impedita sit, aut languide procedat, vel ubi exanthemata haec jam prorupta iterum regressa, aut denique signis febris nervosae, vel putridae praesentibus. *Tott* d), et

a) Opusc. pathol. p. 145. vel Hallers Beyträge zur Beförderung der Geschichte und Heilart der Krankheiten von Crell 5-r Bd. p. 215 et sqq.

b) Epist. med. praet. p. 237.

c) Obs. pract P. III. cas. 22, 23, 24.

d) Hufel. Journ. Suppl. H. f. 1827. S. 101.

Richter a) laudant Camphoram in morbillis nervosis cum pectoris affectione, junctam Senegae. Prior in casu jam conclamato metastaseos ad organa respirationis puero sex annorum, praemissis sanguinis evacuationibus, Camphora unita decocto Senegae et sulf. aurato antimonii, vitam salvavit. Idem valde salutarem reperit Camphoram in adfectionibus chronicis apparatus respiratorii, oculorum, auriumque, qua malis posthumis morbillorum, et quidem in connubio cum muriate hydrargyri miti, extracto hyosciami, admixtis simul in haec organa vaporibus aquae fervidae pulveri Camphorae superfusae; — in scarlatina maligna summopere commendat Camphoram *Seifert*. b) *Cl. Richter* c) virtutem Camphorae in hoc morbo non denegans, bene tamen monet, ob vim ejusdem in vasa excitantem, et congestiones versus caput causantem, eam semper caute, et nonnisi ibi, ubi status vere torpidus, aut putridus adest, adhibendam esse. *Voigt* d) in tali casu mixtum ex parte una Camphorae, duabus alcoholis, totidemque partibus aetheris sulfurici ad 5—20 guttas, cum fructu exhibuit.

4. *Petechiae, et exanthema miliare*, quibus, cum ambo in statu ut plurimum nervoso, aut putrido exoriantur, sine metu bonoque effectu exhiberi posse, facile intelligitur.

5. *Erysipelatis* decursum, si cum statu nervoso, vel putrido complicetur, aut nisum metastases internas periculosas producendi habeat, Camphora congrua dosi adhibita, regularem reddit, et metastases praecavet.

a) *Ausf. Arzneymittell. Suppl. Bd. p. 419.* b) *Uib. d. Natur. u. Behandl. d. Scharlachf. 1827.* c) *l. c.* d) *Arzneymittell. Bd. II. abth. 2. S. 597.*

6. Si *scabies* aut aliae impetigines refrigerio, vel remediis externis incongrue adhibitis retropulsae, gravia et periculosa provocant phaenomena, Camphora juncta aliis remediis congruis, scopo quam optime respondet.

§. 14.

IV. *CACHEXIAE* variae cum profluviiis quibusdam, et nonnullis retentionibus.

1. Laudatur Camphora in nonnullis *phlyseos* speciebus, praeprimis iis, quae ex suppressa transpiratione enatae sunt. a)

2. In *hydrope*; ex transpirationis suppressione orto, aut eidem juncto, praecipue, si a diaphoreseos augmento, laticis aquosi eliminatio speranda sit. In hydrope universali post scarlatinam orto *Bracht* b) usum Camphorae simul cum calomele et sulf. aur. antim. eousque continuatum, donec sudor profusus criticus comparuisset, valde utilem invenit. *Richter* c) quoque saepe anasarcam a. 1825 saepius post scarlatinam ortam, absente statu inflammatorio, Camphora et calomele sanavit. *Remer* d) in casu hydrophis post febrim typhosam orti, solutionem gran. decem Camphorae in tribus scrup. aetheris sulfur. intra nyctemerum consumendum optimo cum effectu propinavit.

3. In *scrofula* tam torpida, quam erethistica.

4. In *tabe* nervosa et dorsali.

5. In *syphilide* multis eam depraedicant *Fr. Hofmannus* e) et *Despatureaux* tamquam remedium in venerea lue subigenda excellens, sed ut nova in rei

a) Musgrave Samml. f. p. Aerzte B. V. S. 686. b) Hufel. Journ. Bd. 48. St. 6. S. 33. c) l. c. d) Hufel Journ. Bd. 31. St. 4. S. 41. e) Diss. de Camphora §. 14.

fidem succedant tentamina oportet. In blennorrhoea Camphoram auxilio esse Schwediauer refert. a)

6. In *arthritide*, si ad organa nobiliora interna, cerebrum, pulmones, ventriculum transmigret, aut si cum debilitate nervosa et habitu cachectico incedat, *Thilenius* Camphorae egregium expertus est effectum, sub nodorum arthriticorum vero evolutione, junctam herbae rhododendri *Chrysanthi Haase* b) eandem commendat.

7. In *helminthiasi* ob infestam illius in vermes potentiam commendarunt *Wedel, Rosenstein, Prange, Baldinger, Vogel*. Contra taeniam *Brera* c) laudat, referens simul, quod *Moschati* Camphoram omnibus aliis anthelminticis praeferat. Praecipue convenire videtur feбри verminosae typhosae, in qua jam *Rosenstein* d) eam exhibuit forma potionis compositae ex Camphorae guttulis aliquot alcoholis irroratae drachm. una, Sacchari unc. duabus, et aceti vini unc. tribus, omni hora aut bihorio cochleatim summendae; interim videtur in his casibus ipsa febris ad secessum vermium multum contribuere. Contra ascarides clysteres cum Camphora a multis magni habentur.

8. In *stranguria* et *ischuria* adfectionem rheumaticam vel et intempestivum cantharidum, aliorumque diureticorum remediorum usum insequente, mucilaginosi, oleosis et opiatibus juncta a pluribus ut specificum commendatur, ideo, quod credatur, sanguinis, humorumque ad renes et vesicam congestiones arcere; eandem tamen idcirco emplastro cantharidum, ut effectus ejus noxios coerceat, admiscere, certe superfluum esset. e)

a) Abh. über d. Zufälle u. Behandl. der syph. Krankheiten. Th. I. c. 1. b) Chronische Krankh. Th. 2. S. 396. c) Med. pr. Vurles. über d. vornehmsten Eingeweidw. etc. a. d. Ital. v. Weber S. 99. d) Kinderkrankheiten 1798. S. 571. e) Burdach System. d. Arzneymittell. T. III. S. 399.

9. In *suppressione* quoque *fluxus menstrui* et *lochiorum* per refrigerium, spasmum vel debilitatem vasorum sanguiferorum inducta, Camphora proficuum se exhibuit, pro ratione circumstantiarum cum sale amoniaco, muriate hydrargyri miti, opio, floribus arnicæ juncta. *Ring* a) camph. ut remedium nimis sopiens in menstruis dolorificis laudat, et quidem ad 10 grana cum saccharo et aqua. Minores doses Granorum duorum cum uno gr. ipecacuanhae et dimidio gr. opii *Richter* b) quoque in colica catameniali, non tamen a sanguinis stimulo proveniente, utiles reperit, sed debet hoc remedium singulo mense repeti.

10. In *haemorrhagiis* indolis spasticae, aut asthenicae, cujus indolis vomitus cruentus, et metrorrhagia esse solent, saepe prodest; in posteriore videtur optime ipecacuanhae jungi. *Ettmüller* c) in casu metrorrhagiae insignis, partum insecutae, cum debili nimium pulsu, valde bonum expertus est effectum a pulvere ex granis sex Camph. et duobus scrupulis nitri composito, inque partes aequales sex diviso, cujus ab initio omni bi- dein vero trihorio partem unam exhibuit.

11. In *diarrhoea* et *dysenteria* indolis rheumaticae, Camphoram mucilaginosi aut pulveri Doweri junctam commendat *Sponitzer*, putrido vero characterе imminente cortici peruviano, arnicæ, alumini tute jungitur. — In vomitu chronico *Philippus* d) Camphoram cum opio laudat.

12. In *diabete* Camphoram cum gummi kino interne sumtam, et externe cum tinctura cantharidum spinæ dorsi inunctam salutarem reperit *Schee*. e) *Formey* f)

a) Journ. de méd. Vol. XII. Sept. 1806. b) l. c. c) Hufel. Journ. Bd. VII St. 2. S. 181. d) Ueber indigestion a. d. Engl. S. 180. e) Edinb. med. com. Dec. III. B. I. S. 70. f) Verm. med. Schrift Bd. I S. 71.

suadet dosim 10 — 12 granorum continuandam, etsi vomitus sequatur, siquidem ventriculus huic assuescat; instituit ille autem curam suam sic: initio exhibebat Camphoram dosi allata, post aliquot dies ei substituit opium, huic deinde post aliquot dies jam mur. hydrargyri mit., jam flores Zinci, aut magister. Bismuthi, dein rursus rediit ad Camphoram, refertque, se ab hac methodo optimos fuisse expertum effectus. —

13. In *gonorrhoea* debilitate organorum genitalium locali stipata sananda commendant *Kortum* a) *Jörden* b) *Raimann* c) et *Richter* d); nec desunt, qui et in statu inflammatorio horum organorum usum Camphorae suadent. *Schneider* e) refert juvenem robustum sanum 19 annorum, pium et castum repente tanto amore in foeminam quamdam juvenem abreptum, ut maniacus evaserit, tumentibus simul testiculis, accedenteque blenorhoea mictum impediante, qui usu interno, externoque Camphorae sanatus erat.

§. 15.

V. N e v r o s e s.

1. In *cephalea* et *odontalgia* rheumatica, aut ex suppressa transpiratione orta *Burdach*, in hemicrania *Hallé* usum Camphorae proponunt, doloribus quoque ex acri scorbutico, rheumatico, arthritico exortis. et partium subinde immobilitate junctis subvenit. f) In cardialgia quoque laudatur cum moscho ab *Apel* g); in cardialgia rheumatica Camphora aethere soluta

a) Med. pract. Bibl. B. 1. St. III. b) Hufel. Journ B. IV. S. 211. c) Specielle Therapie T. II. S. 316. d) Specielle Terap. T. IV. S. 453. e) Hohnbaum u. Jahn Conversationsbl. N-o 21. S. 163. f) Collin obs. circa. morbos T. III. p. 145. g) Diss. de cardialgia 1796. p. 26.

conducit. *Heller* a) in ea adhibuit guttas ex *Camphora*, liquore anodyno et cornu cervi succinato compositas, jubens simul fileram chartae bibulinae regioni epigastricae imponi.

2. In *colicae* variis speciebus; in *colica haemorrhoidali Selle*; in *colica saturnina Mohrenheim*, in hujus solum stadio reconvalescentiae, remansis paralysis organorum quorundam *Huase*; in *colica rhenmatica, arthritica Jahn*, *Camphoram* saepe auxilium adtulisse narrant. *Cl. Stoll* vero monet, se *Camphora* morbum nunquam vidisse sanatum, sed tantum mitigatum.

3. In *morbis convulsivis* multum a *Camphora* sperandum, si morbus genuinum praeseferat characterem nervosum, si ex retropulsione exanthematis cujusdam, sudoris item, aut lactis secretionem impedita exoriatur, nec non, si sit effectus ulcerum incongrue et intempestive sanatorum. *Choream St. Viti* *Camphora* in unione cum *assa foetida*, augendo semper doses, ita, ut ad dosim 18 granor. ter per diem iteratam pervenerit, se sanasse refert *Wilson* b); *Fleisch* c) et *Pitt* d), eam in casibus non inveteratis *Choreae* utilem fuisse referunt. — In *epilepsia* quoque habituali a pluribus medicis commendatur, quin tamen videatur, magnae efficaciae. Magis videtur convenire *epilepsiae* ex retropulsione exanthematis cujusdam, refrigerio, onania, vermibus intestinalibus, et periodo pubertatis ex organorum generationi dicatorum functione exaltata, ortum ducente. Adhibenda imprimis, si sub insultu erectiones, pollutiones, et testiculi spastice versus anulum abdominalem sursum tracti observentur,

a) *Hufel Journ.* Bd. 57 St. 4. S. 125. b) *Edinb. med. comment.* Vol. II. p. 22. c) *Handb. über d. Krancheiten d. Kinder* Bd. IV. Ath. II. S. 463. d) *Sammul. au-erl. Abb. v. geb. 1. pr. Arzte* Bd. V. S. 218.

hic a parvis dosibus incipiendum, sensim sensimque ad drachmam nyctemero consumendam ascendendum In epilepsia post exanthemata suppressa eam *Löbensteins Löbel*, a) praesertim alternando cum infuso serpentariae et aethere proficuum reperit. *Berends* b) commendat eam in epilepsia, cujus insultus nocturno aut matutino tempore comparere solent, praesertim in pueris jam magis adultis, ante decubitum ad gr. 1 — 2, — *Raphaniae* Camphoram *mederi Taube* refert. — In *eklampsia* gravidarum et puerperarum per refrigerium inducta, dosi magna, cum Moscho combinata, absente statu inflammatorio, efficax sistit remedium; nec in hystericis adfectionibus et singultu effectu caret, qui tamen non est longae durationis, nec recidivis avertendis sufficit. c) — In *tussi convulsiva*, d) periodo secunda spastica *Schüffer* et *Jahn* e) cum assa foetida, opio, moscho, floribus Zinci, extracto hyosciami junctam commendant. Asthma quoque spasmodicum item et humidum coercet Camphora, et praesentaneum saepe adfert levamen. — In *tetano* etiam ex refrigerio orto, praesertim si simul priapismus et polutiones adsint, magnis dosibus conducere solet.

4. In *amblyopia*, *amaurotica*, et amaurosi perfecta *Arnemann* f) duo gr. Camphorae cum 15—20 gr. rad. valer. mane et vesperi assumere, et eousque dosim augendam esse jubet, donec temulentia et vertigo se insinuent. *Flemming* g) refert casum amauroseos perfectae in individuo laxo, post quatuordecim septi-

a) *Wesen und Heil d. Epilepsie* S. 285. b) *Sundelins Arzneymittellehre* Bd. I. S. 387. c) *Homés clinical experiment* p. 193. d) *Jacobi, Horns Archiv. B. VI. St. 1. S. 50* sqq. e) *Mat. med. 4te Auflage* Bd. 1. S. 489. f) *Magaz. Bd. 1. St. 1. S. 98.* g) *Hufel. Journ. Bd. XXXII. St. 1. S. 107.*

manas penitus sanatae ope Camphorae cum extracto arnicae. Exstat etiam casus amblyopiae per Camphoram in connubio cum belladonna, quae sine priore non ferebatur, alterque per solam Camphoram sanatae. a) Etiam extracto aconiti juncta in amblyopia et amaurosi aliquos effectus exhibuit. In connubio cum Valeriana ex quinque casibus amblyopiae 3, et cum pulsatilla ex tribus unum sanavit. b) *Seling* c) incipientem amaurosim, et ortam inde melancholiam, quibus exanthema prurians praegressum erat, spatio quatuor hebdomadarum per Camphoram et sulfur sanavit.

5. In *satyriasi* et *nymphomania* Camphora refrigerantibus, temperantibus, item aliis morbi indoli respondentibus remediis juncta praecipuam laudem meretur d); *Müller* e) refert satyriasm nimiam cum priapismo junctam spatio octo septimanarum per Camphoram successive ad drachm. auctam, et *Richter* f) somnambulismum cum priapismo aequae per doses Camphorae magnas sanasse; hic etiam tunc cum effectu propinavit, si post onaniam repente relictam stimulus sexualis nimis varios spasmos produxit. Si in onaniae deditis, nulloque modo a prava hac consuetudine arcendis symptomata nervosa se insinuent, teste experientia g) Camphora bene conducit, et quidem praesente simul plethora cum nisu in statum inflammatorium. cum nitro et cremore tartari juncta, secus in emuls. cum mucil. gum. arabici dosi non nimis parva, coninuat tamen non nimis longo usu,

a) Hufel. Jour. Bd. XXXII. St. 6. S. 32, 33. b) Huf. Journ. Bd. XXXIV. St. 5 S. 36. 40. 41. c) Huf. Journ. Bd. XLI. St. 2. S. 130. d) Raimann *specielle Therapie* Bd. II. S. 427. e) Huf. Journ. Bd. XIV. St. 3. S. 99. f) Med. chir. Bemerkungen. Bd. II. S. 121. g) Hecker, *Kunst unsere Kinder zu ges. Staatsbürgern zu erziehen* etc. S. 89.

siquidem secus facultatem generandi nimium debilitaret.

6. *Mania* quoque et *Melancholia* inter morbos referuntur, in quibus usus *Comphorae* non exiguam nactus est auctoritatem. Et quidem jam apud veteres, uti *Theophrastum Paracelsum* a); *Ettmüllerum* b), qui in deliriis melancholicis, cum et sine furore raro fallere indicat; *Senertum* c) qui contra furorem uterinum commendat, ob vim adscriptam stimulos venereos sedandi, *Dolaeum* d) item, aliosque vetustiores. Seculo XVIII, anglus *Kinneir* e) recensu duarum feminarum, totidemque virorum, hominum in vigore aetatis habitusque constitutorum, quorum successus voto respondit in hanc vim medicorum mentes convertit. Ille in diversis maniacis, praemisso prius emetico antimoniali *Camphoram* ad scrupulos duos pro nocturno, combinatam cum gummi resina guajaci, et aethiope minerali felici successu adhibuit. In melancholia non febrili hysterica, per multas vespers continuas illam ad drachmam dimidiam cum mica panis in pillulis exhibuit *Werlhof* f), nec nisi bono eventu, praemissis necessariis, absente febris incendio, et observata euphoria. *Berger* g) memorat maniacum prius praeparatum penitus sanitati restitutum, admouens simul, ut satis diu usus sufficienti dosi continuetur, *Jörden* h) memorat maniacum, qui ob neglectam justam continuationem recidivam passus, sed tandem iterum *Camphora* perfecte sanatus est, consumpta fere unica ejus-

a) De morb. ament. Tract. II. T. I. cap. II. p. 501. b) Oper. omn. Francof. Tom. I. p. 578. c) Pract. med. Lib. IV. P. II. Sect. III. caput. V. d) Encyclop. med. T. I. p. 40. 76. e) Phil. Transact. vol. XXXV. p. 347. f) Comm. Nor. 1733. p. 221. g) Comm. Nor. 1735. p. 28. h) Comm. Nor. 1736. p. 5.

dem una. In casu maniaci vegeti a *Trivald* a) consignato sufficit sola Camphora ad grana XVI semel de die sumta. In alio casu feminae nimium sanientis *Boenecken* b) addidit singulo ejus scrupulo pro dosi sumto grana decem nitri, nec nisi octo dosibus opus fuit, blando sudore, quamlibet subsequente. Simile connubium adprobat *Rosenstein* c) Camphora a granis 4—60, de die data. *Herz* d) puero maniaco quatuordecim annorum, cujus pulsus parvus et celer, aspectus languidus erat, emeticis, cinchina aliisque irritis Camphorae scrup. duobus vel sesquitertio quotidie sumtis, sanae mentis usum restituit, confessus tamen in quibusdam casibus se spe sua frustratum fuisse. *Locher* e) Camphorae in mixtura cum aceto praecipuam virtutem expertus est, data vero Camphora sola non tam optatus subvenit effectus, unde eo inclinavit, ut maximam partem curationis aceto tribueret, adducitque casus solo aceto destillato cochleatim sumto sanatos. Plerumque autem exhibuit mixtum ex Camphor. drach. dimidia, mucil. gumm. arab. et sachar. aa drachm. una subacta, aceti calidi unc. dimidia, rquae sambuci unc. sex, et syrup. papav. rhoead. unc. una, cochleatim summendum, per mensesque continuandum. Camphorae virtutem in his morbis summis etiam extollunt laudibus *Willemse* f) *Schoenheider* g) *Paulizky* h) *Simon* i), qui eam a granis 10 incipiendo,

-
- a) Vetensk. Acad. Handl. 1744. p. 53. b) Fränk Samml. vol. V. p. 294. c) Apot. p. 49. d) Selle Beyträge. zur. Natur und Arzney-Wissenschaft. Bd. I. S. 127. e) Obs. pract. circ. luem vener. epileps et maniom 1762. p. 57. 74. f) Haarlem Abh. B. XIV. S. 3. — Samml. f. pr. Aerzte B. I St. III. S. 46. sq. g) Collect. Soc. med. Haon. T. II. p. 176. f) med. pr. Beobacht. P. II. p. 113. h) qq. i) Richter Chir. Bibl. T. VII. S. 771.

augendo semper dosim, usque drachmam tandem exhibuit, ubi insultus epilepticus comparuit, quo superato aeger sanatus erat; et *Auenbrugger* a), qui virtutem ei specificam in mania tribuit, si in viris cum contracto, parvo, duro, anteriora versus incurvato peni, scroto corrugato, spasmodice contractis testiculis, tremore digitorum, cum peculiari gyratione manuum interiora versus (quod hocce ultimum symptoma et apud feminas abnormem partium genitalium statum indicat) stiperetur. — *Dobson* b) describit casum aegri, intra 36 horas sex Camphorae drachmis consumptis, sanati. *Schneider* c) duos maniacos sanavit Camphora in connubio cum opio. *Hufeland* d) puellam maniacam, Camphorae m. g. ar. s. et tart. lix. stib. aa gr. 4. venae apertae injiciendo, et post tres dies dosi cum dimidia aucta eadem ratione reiterata, priori restitutam sanitati refert. *Cl. Richter* e) refert casum, ubi in puero 14 annorum, antea onaniae nimis dedito, captis autem se-veris monitis ab eadem regresso, mania religiosa furibunda evolvebatur, cum fixa simul idea, se debere alterutram sororum suarum, in culpam commissorum peccatorum, imolare. Scrotum tunc erat spastice contractum, testiculi versus annulum abdominalem tracti, genitalia nimis sensilia; exhibuit illi emuls. camphor. cum duabus unciis aceti per 24 horas; mox compecebatur delirium, et post tres dies puer convaluit. *Reil* f) quoque camphoram in mania et melancholia commendat, praecipue si facies palleat, extremitates frigeant, respiratio langueat, pulsusque lentus sit,

a) *Exper. de remed. specif. in mania virorum* Vind. 1776.

b) *Samml. f. pr. Aerzte* B. XIII. S. 617. c) *Horns Archiv f. med. Erf.* Bd. VI. S. 378. d) *Journ. d. pr. Heilk.* Bd. XXIII. St. 1. S. 178. e) *Arzneymittell.* 3. B. S. 354. f) *Fieberlehre* Bd. IV. S. 462. sqq.

suadet a gr. quinque; quater per diem reiterandis incipiendum, ad scrupulum ascendendum, et pro variis circumstantiis nitro, kali tartrico, opio, derivantibus, vesicatoriis, balneis junctam, insuper spiritum vini mimis dilutum saepius bibendum. *Burserius* a) cum aliis, magis melancholicis quam maniacis conducere existimat; *Cullen* b) uti et *Muzell* c), qui in duobus casibus melancholiae plane ex 3—4 drachm. per diem consumtis nullum effectum vidit, aliique, de frustranea opera conqueruntur, quod et concedi ex eo potest, quod multiplicia organica vitia, ut frequentissimae morborum mentalium causae, nunquam aut saltem rarissime tolli queant. — *Göden* d) in delirio tremente potatorum opio et moscho incassum adhibitis, nonnunquam Camphoram cum optato eventu propinatam fuisse refert.

7. In *apoplexia serosa et nervosa*, si retroulsionem morbi cujuscumque cutanei, aut sudoris pro causa agnoscat; si facies pallida, frigida, aut collapsa; pulsus mollis, parvus vel et spastice contractus, ad partis centralis systematis nervosi activitatem depressam concludere faciunt, Camphora simul, vel alternatim cum arnica, amonio, aethere aut moscho exhibetur; dum vero pulsus plenus, durus, et congestiones sanguinis locum habent, caute et non nisi praemissis evacuationibus propinanda erit. In genere in apoplexia usus Camphorae valde circumspectus esse debet, siquidem facile dosis major, symptomata per venena narcotica induci solita excitare valeat.

8. In *hydrophobia* ut prophylacticum grana duo Camphorae cum triginta nitri, quater de die summen-

a) *Instit. med. pract.* V. III. p. 180. b) First lines of the *pract.* Vol. IV. p. 161. c) *Med. u. chir. Wahr It. Samml.* S. 50,65. d) *v. d. delir. tremens* 6-tes Cap.

da, et sub finem curae purgans ex jalappa et mercurio dulci commendat *Schmucker* a); laudatur quoque in hydrophobia jam evoluta a pluribus, uti *Werlhof*, *Selle*, *Tissot*. Et *Alix* b) refert casum hydrophobiae per Camphoram sanatae.

§. 16.

Seriei morborum, in quibus usus internus Camphorae utilem se praestitit, subjungo hic et intoxicationes a narcoticis, acribus, venenis metallicis, uti plumbatibus, mercurialibus, purgantibus drasticis et cantharidibus, quibus Camphora egregium sistit-antidotum, praecipue, si intoxicationes lente nimis inductae, effectus inde emersos perinde lento tollere passu sinant. Juncta opio indolem hujus narcoticam minuit ita, ut hoc somnum ultra consuetas limites non protrahat, nec somnia molesta, subsultus tendinum aliasque agitationes inducere valeat, dum tamen salutare opii effectus non sufflaminat. c) Ast pari ratione opium contra noxias a Camphora inductas laudatur d). Antidotum verum cantharidum sistit, quibus dosi modica applicatis facile stranguria, priapismus, mictus cruentus etc. nascuntur, si non Camphorae jungantur; vim hanc Camphorae in cantharides primus *Joannes Groenevelt* e) detexit, qui olim ob renovatum cantharidum usum internum, carceris in Newgohe, in ignominiam medicorum qui ejus judices adsederunt, damnatus fuit. Ilic Camphora hominem, cui adole-

a) *Schneiders Wahrnehm. a. d. Wundarzneyk. Bd. II. S. 114.*

b) *Obs. chir. Fasc. III. p. 177.* — *E. Krügelstein die Geschichte d. Hundswuth S. 555.* c) *Hallé in mem. de la société de med. tom. V. p. 73. sqq.* d) *Consbruchs Taschenbuch d. Arzneymittell. 1819. S. 173.* e) *Tutus cautharidum in medicina usus internus ed. 2. Lond. 1703.*

scentes pelulantes vinum cantharidibus corruptum propinarunt, unde pruritus, punctiones, ardor, stranguriaque enata, post varia incassum tentata, quinque jam diebus praeterlapsis, sanavit Camphorae scrupulis duobus, in duos bolos divisis, et intervallo sex horarum captis. — Incommoda quoque quaedam ex scilla oriunda, uti dolores diri per corpus dispersi, quos acrimonia sua penetrabili nonnunquam provocat, et convulsiones in sensilibus et irritabilibus facile emergentes, Camphora saepe brevi tolluntur a). Mitigari ea vim drasticorum nimiam, si cum iisdem jungatur, quoque legitur b). Mercurii vim ptyalismum excitandi Camphora infringi, ejusque nonnunquam subdolem nocendi rationem hacce inhiberi, Galli varii, uti *Rau- lin*, *Despatureaux* memoriae reliquerunt. Commemorandi hic veniunt tremores metallici, item paralyses non rarae, hydrargyri usum excipientes, in quibus sententia plurimorum practitorum Camphora laudabiles ponit effectus. Mercurius videtur addita Camphora novas plane vires acquirere, nominatim, si cum merc. dulci et kermete minerali trituretur, sicque summe efficacem se exhibuit in morbis chronicis, rebellibus et inveteratis, originem suam ab humorum depravatione, vitio herpetico, causa syphilitica, obstructione item et induratione glandularum, repetentibus. c)

§. 17.

Adhibetur Camphora et externe in multis morbis, ubi etiam stimulando agit, sed magis topice in cutem et subjacentes partes, praeprimis in glandulas lym-

a) Tissot epist. med. pract. p. 406. b) Lassone in hist. de la soc. R. de med. de Paris Vol. V. p. 266. c) Lassone l. c. p. 265.

phaticas, adeoque resolvendo, resorptionem promovendo. Exhiberi igitur poterit in omnibus casibus, in quibus stimulo forti, locali, volatili opus est. Laudatur praecipue in *inflammationibus rheumaticis, erysipelatosi* cum herbis aromaticis forma sacculorum. Bene quoque conducit in *inflammationibus typhosis*, uti et in *decubitu* sub longa morbi cujusdam duratione exorto. — In *erysipelate neonatorum* fomentationes cum spiritu Camphorae, saepe cum successu adhibuit *Garstore* a). *Renard* b) imminente *gangraena* in eadem Camphoram cum vitello ovi, et *Vogel* c) in aliis erysipelatibus gangraenescentibus, uti et in anasarca pedum, opio et aquae saturninae junctam optato cum effectu adhibuit. Usus Camphorae in *sphacelo* depraedicant *Hymly* d), indicationem et modum adhibendi bene exponens; *Kausch* e), qui penim sphacelosum sanavit, involvendo eum pasta ex pulvere rad. arnicae et camph. mucilage gumm. ar. subacta confecta, et superapplicando, fomentationes ex Camphora et china.

Felici cum successu saepe in usum vocatur in *febribus nervosis* et *putridis, diarrhoea* et *dysenteria* ejusdem indolis (inque his cum oleo et opio) f); saliva et oleo subacta, ac in alcohole soluta, extremitates, spinam dorsi, aliasque partes organismi inungendo. *Fr. Hoffmannus* variolis putridis adfectos linteaminibus Camphora vitello ovi subacta illinitis involvi jussit; sic adducit casum feminae tali ratione sanatae octuaginta uncias Camphorae. Secundum observationes *Hildenbrandii* g) facies spiritu camphorato hu-

a) Samml. auserl. Abh. z. gebr. f. pr. ärzte Bd. XVI S. 329.

b) Hufel. Journ. Bd. XXII. St. 2. S. 24. c) Loders Journ.

f. d. Chir. Bd. II. S. 256. d) Abh. üb. d. Brand. S. 44. 50.

e) Redlich in Loders Journ Bd. IV. St. III. S. 411. f) Hufel.

Journ. d. pract. Heilk. Bd. I. S. 112. g) Bemerk. u.

Beobacht. üb. d. Poeken. S. 80.

mectata a copiosis variolis munita est. In *scarlatina* et *morbillis* putridis cum dispnoea incedentibus, lintamina solutione Camphorae humectata pectori applicata laudantur. Etiam ad depurandum et miasmata destruenda Camphora commendatur. Sic *Brera* a) proponit pro fumigationibus nosocomiorum, et lotionibus aegrotorum acetum camphoratum compositum ex rad. angelicae, Valerianae, herbae Menthae, scordii, rutae, floribus chamomillae, baccis lauri, croci sã unc. semis cum libris septem aceti destillati infusis et per decem 10 dies digestis, et Camphorae muc. gumm. arab. subactae unc. una et semis in callatura soluta. Cl. *Richter* quoque ad arcenda contagia in nosocomiis fumigationes cum Camphora optimo cum effectu instituit, commendatque et ideo, quod et pectore laborantes easdem bene perferant.

In *ophtalmiis* et *blepharophtalmiis* chronicis, *oedemate palpebrarum*, et *ptosi* Camphora egregiae est virtutis, applicatur aut eam cucuphis illiniendo, aut forma unguenti cum butiro recenti insulso, aut tutiae nupta, nec raro forma collyrii, mucilagine, semin. cydoniorum subacta. In blepharophtalmia neonatorum cum extracto saturni proficua eandem reperit *Mezza* b); adhibetur quoque cum fructu Camphora forma pulveris cum saccharo in *corneae maculis* variis.

Tumores frigidi, indolentes in Camphora remedium emolliens et discutiens agnoscunt. Inter hos referuntur et *oedemata* sub sicca ejus edplicatione. Bene aequae reagit in *tumores mammarum* emensa lactatione superstites, et quidem juxta *Müller* c) forma pultae

a) *Voiles*. lib. d. Nat. u. Beh. d. Contagien. b) *Act. sac. med. Havn.* Vol. II. p. 117. — *Samml. f. pr. Aerzte.* B. XIV. S. 522. c) *Müller* in *Chiron.* Bd. II. St. 2. S. 342.

ex sapone, et multa Camphora compositae. Oleo expresso autem excepta habet penetrantem et emollientem vim nexam, qua, si adhibita simul interne spongia usta, diligenter inungatur, *strumam* solvit a)

In curatione *ulcerum pertinacium* superat multa alia celebrata, id quod *Collin* multis imprimis exemplis edocuit. *Horn* b) Camphoram oleo pingui exceptam adplicare jubet. *Ficker* c) vero, ubi superficies ulcerum muco lurido, ichore aut sanguine nigro soluto obducta est, et status productionis organicae cachecticus colliquativus subest, Camphoram forma pulveris iisdem inspersam adeo efficacem declarat, ut dicat, se hocce non noscere remedium praestantius. In ulceribus cariosis eadem exfoliationem promovet. Adversus ulcera mercurialia sub cura sic dicta magna, in genis saepius oriunda, *Rust* d) commendat solutionem ex Camph. drachma in uncia olei amygdalarum, penicilli ope illiniendam. In *ileo* ab hernia incarcerata enato *Vogel* externam illius adplicationem valde proficuum esse declarat. — In tinea maligna, item scabie Camphora in lacte suspensa a multis ut lavamentum proposita fuit.

Chrestien e) inunctiones in interna femorum parte cum Camphora saliva subacta saepius adhibuit in affectionibus *organorum uropoëticorum*, ex cantharidibus inductis, in *priapismo*, *gonorrhoea*, *amenorrhoea*, *colicis variis*, *febri intermittente nervosa* ac *rheumatalgia*. Sic et *Gistrén* f) describit febrim intermittentem, in Suecia regnantem, quae facile typum irregularem in-

a) Copeland Samml. auserl. Abh. z. Gebr. f. pr. Aerzte B. XIV. S. 418. b) Klinisch. Taschenb. f. Aerzte u. Wundärzte Berl. 1803. c) Aufs. u. Beobacht. B. I. S. 166 sqq. d) Magaz. Bd. I. S. 406. e) de la méthode iatraliptique An. XII. f) Casper. Rep. B. 21. S. 455.

duens *Aelta* vel *Aelt* — *Frassa* dicitur, praecipue infantibus, individuaque debiliora aggreditur, usui chinae non cedit, imo sub illius usu perniciosior evadit; symptomata ejus characteristicam sunt: horrores febriles indeterminato tempore recurrentes, frigus perpetuum in partibus non tectis, ast calor mordax in vestitis, nonnunquam absentia sudoris, dedolatio, delassatio et anorexia; contra hanc febrim ille unguentum camphoratum hoc modo mixtum salutare indicat, scilicet: Rp. Unguent. Altheae unc 2; allii unc 1; felis bovini inspiss. dr. 6, Camphorae scr. 4, et balsam. peruv. drachm. 1, tam fortiter abdomini inferiori inungendum, donec penitus evanescat; post terminatam singulam inunctionem abdomen panno, fascia, ne dimoveri possit, fortiter ligando, tegitur, manetque sic tectum usque sequentem inunctionem; inungitur autem singula vice, quantum cochleari coffeano recipitur; et quidem, si haec febris ex quotidiana aut tertiana exorta est, per quatuor dies mane et vesperi, dein vero per quinque dies semel tantum per diem inunctio talis fit; si vero ex quartana, tunc 6—7 diebus binis vicibus, dein vero per septem adhuc dies semel tantum ungitur. Post peractas inunctiones pannus adhuc per aliquod tempus abdomini impositus relinquatur, quo tempore nec lectisternia, nec vestes albas mutare licet, faciesque et manus tantum linamine aqua tepida humectato lavantur. Tempore inunctionum initio remedium eoproticum exhibetur, remittente quidquam febris, et jam magis regularem typum sequente, semel aut bis Elix. Rhei amar, et vesperi leone diaphoreticum, cum vel sine opii guttis aliquot. Sub hac medendi methodo febris aut penitus evanescit, aut saltem typum regularem iterum sequitur, ubi dein ut alia intermittens consueta, china sanari potest.

Tourtouel a) Camphoram commendat sub nomine liquoris anodynî antirheumatici in cephalea, partim cum doloribus lacerantibus, tendentibus, indolis rheumaticae stipata; partim vero post evacuationes praeternaturales, animi adstrictiones, et febres intermittentes residua.

Dupasquier b) commendat fumigationes cum Camphora in rheumatismo pertinaci, cui virtutem sedativam in hoc morbo tribuit, in omni casu usu simul interno ejus continuato; putat is vapores Camphorae partim per pulmones, partim per cutem absorberi, describitque apparatus, et modum has fumigationes instituendi. Recentissimis temporibus medici galli et Itali (*Râpon, Assalini*) testantur in pluribus casibus ubi alias Camphora interne exhibebatur, felici cum successu has fumigationes in usum tractas fuisse. Alium apparatus recentissime descripsit *Delormel* c), qui has fumigationes etiam tantopere adversus rheumatismum et arthritidem commendat. — *Böttcher* d) in pluribus casibus comprobat virtutem vaporum Camphorae lenientem in angina et ophthalmia; jubet nempe frustillum Camphorae ante os, nares et oculos servari.

Balnea et semicupia cum Camphora in pluribus morbis etiam prosunt, uti febribus typhosis, anomaliis menstruorum, aliisque malis tempore pubertatis obviis; *Desperriere* in *Chorea St Viti* balnea semicupia ex flor. Chamomillae cum drach. duabus Camphorae vitello ovi subactae, cum successu adhibuit.

Forma enematis cum mucilaginosi, oleosis, in typho, hypnode et morbis organorum uropoëticorum convenit.

a) Hufel. Journ. Bd. XXXVI. St. 5. S. 107. b) Frorieps Notitz. Bd. XIV. N. 11. S. 167. c) Journ. génér. demed. 1829.— Frorieps Notitz. Bd. XXIV nro 21. S. 335. d) Bib. for. Läger in Gerson u. Julius Magaz. Bd. IV S. 428.

Hunnius a) refert casum hypnodis, Camphorae gr. sex, mucil. sem. cydoniorum subact. in medianam humeris dextri injectis, sanati

Denique proposuerunt etiam nonnulli ad dolores ex lythiasi procedentes compescendos, jungendo eam mucilaginosi, oleosis, ad vesicam injiciendam esse urinariam? —

Ob vim putredinem arcendi etiam ad *perunctiones cadaverum* adhibetur. b)

§. 18.

Dosis et Forma.

Dosis Camphorae homophagica adultis a grano dimidio usque quinque, infantibus ab $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{2}$ — 2 grana, raro ultra statuitur; major ejusdem dosis a gr. decem usque viginti nonnisi in summo inertiae statu, sensibilitate ad imum depressa convenit. Vario respectu morbi, aegri, aliarumque circumstantiarum, item ratione effectus citius aut tardius insequendi, vel minoribus vel majoribus, temporis intervallis exhibetur; cum autem sit remedium summe volatile, effectus adeoque cito dispareat, hinc praestat minoribus potius, sed saepius reiteratis dosibus propinare. Interim sunt, qui non haesitant Camphoram et maxima dosi exhibere, uti *Cullen*, *Brown*, ejusdem asseclae, pluresque alii.

Forma qua Camphora interne exhiberi solet, est:

1. *Pulveris*, quam solum paucis guttulis alcoholis irrorata admittit.

2. *Pilularum* cum resinis, extractis; forma tamen haec minus respondet, siquidem per longiorem non-

a) Huf. Journ. Bd. XXII. St. 4. S. 44. b) Schwartze pharm. tab. I. c.

nunquam in ventriculo moram facile inflammationi ansa praebetur.

3. *Mixturae et emulsi*, ope mucilaginis, vitelli ovi aut mellis suspensa.

4. *Electuarii* denique forma, infantibus praepri-
mis praescribi solet, syrupo et mucilagine subacta.

5. Hinc inde forma *boli*, praepri-
mis ab Anglis.

Pro usu externo Camphora a granis decem usque drachmas duas, forma solutionis spirituosae, aut oleosae, clysmatis, unguenti nec non pulveris praescribi solet.

§. 19.

Præparata.

Haec olim numero ingenti existebant, a medicis autem recentioribus nunc usitata, et in pharmacopaeis majori saltem pro parte adservata sequentia occurrunt.

1. *Mixtura Camphorata*, Julapium camphoratum
Julepe camphora. Ph. Boruss.

Rp. Camphorae suff. q. spiritus vini tritae drachm.
unam, Sacchari albi Unc. semis, Aquae destill.
fervidae Unc. decem; liquidum refrigeratum
filtretur.

Uncia una liquidi talis continet Camphorae gr.
5 — 6. Secundum Ph. Londinensem:

Rp. Camphorae Drachm. senis tere cum spir. vini
rectificatissim. gutt. decem solve in Aquae
destill. Unc. sex; dein filtretur.

Adhiberi potest, ubicunque virtus Camphorae mi-
rior desideratur, praepri-
mis vero convenit in febre
rheumatica et catarrhali; dosis a dr. 1 — 3.

2. *Mixtura simplex*. Disp. lipp. p. 264. ex Spiritu
vini camphorati et aceti vini optimi aa Unc.
sem. cum Roob myrtillorum Unc. semis, mixtis,
et filtratis constans; dosis est a gutt. 60 — 80.

3. *Mixtura simplex camphorata.* (Spiritus mixturae pyro — tartaricae camphoratus)

Rp. Camphorae Unc. 1. Spiritus mixtur. pyro-tartar. libr. 2.

Qua diaphoreticum a gutt. 20 — 30.

4. *Emuls. camphorata* Ph. Edinb. p. 450.

Rp. Camphorae scrup unum. Amygdalas num. X. Sacchari drachm. unam. Aquae destill. Unc. sex f. l. a. emulsio.

Uncia singula ejusdem continet Camphorae grana tria et dimidium.

5. *Aether camphoratus* solutionem Camphorae in acido sulfurico concentrato factam cum aa. partibus alcoholis destillando paratur. (Rozzier Journ. de Physique T. V. p. 458. — Crells Beytr. z. d. chem. Annal. Bd. II. S. 232 (Remedium excitans nervorum a Krethmar (Horns Arch. B. I. St. II.) laudatum. Simplex Camphorae in spiritu aetheris sulfurici facta solutio locum illius perfecte suplet.

6. *Oleum camphoratum* Ph. Edinb. II. p. 455. est solutio camphorae in quadrupla olei olivarum quantitate.

7. *Linimentum camphoratum* Disp. lipp: est ejusdem in 12 olei lini rec. partibus solutio. Duo haec praeparata non nisi proportione Camphorae a se invicem differunt. Usus eorum fit, ubi oleosa camphor. solutione opus est, uti dysuria, stranguria, rheumate, contusionibus, combustionibus; in odontalgia gossypio exceptum, ac in cavum dentis cariosi impositum, in cophosi. Interne quoque a gutt. 5 — 30 exhiberi potest. Secundum Ph. Boruss. inservit ad parandum linim. ammoniaco — camphoratum. — Iluc quoque refertur *oleum bezourdicum Wedelii*, constans ex olei amygdal. unc.

duabus, Camphoræ drachm. duabus cum radice Alcan-næ rubefactum, et olei cedri dr. $\frac{1}{2}$.

8. *Acetum camphoratum* secundum Ph. Saxon. ex dr. 1. camph dr. 6. mucil. g. arab. et 16 partibus aceti vini constat. Secundum Bav. ex dr. 1. camph. unc. $\frac{1}{2}$ sacchari, gg. arab. dr. 2. simul mixtis, contritis, et 12. unc. aceti vini componitur. Eadem ratione paratur Julapium e Camphora Acetosum Ph. Würtemb. Juxta ph. hannov. acidum aceticum concentratum camphoratum paratur, dum camph. pars 1 alcoholis quantitate exigua in pulv. redacta in vasis clausis sub gradu caloris 30 — 40 Th. R. in 50. partibus acidi acetici concentrati solvitur. Odoris est penetrantis pungentis, Longiore conservatione viribus suis mutatur. — Adhibetur in contusionibus, luxationibus forma fomentationis forma lotionis in typho, et constituit ingrediens clysmatum, balneorum, pediluviorum; in morbis contagiosis ad destruendum contagium forma fumigationis. — Acidum aceticum aromatico camphoratum Ph. Bor. componitur ex dr. 1 camph. 20 gr. olei aetherei caryophyll. 10. gutt. ol. aetherei cort. citri, et unciis 4 acidi acetici, remedium insigniter stimulans, odoriferum in syncope usitatum.

9. *Spirit. Camphoratus*, tinctura camphoræ, alcohol camphoratum, Kampfergeist Spiritus vini camphoratus Ph. bor. sax. bav. pol. edimb. ex Camph. unc 1; austr. ac. unc. 2 in 12 unc. spir. vini rectific. frigide solutis constat.

Usui externo pro lotionibus inservit, in febris nervosa, spasticis, rheumatologicis, aliisque localibus stipata symptomatibus, in vomitu, cardialgia, diarrhoea, item in debilitate et laxitate partium organicarum, a luxatione, confusione residua, in paralyysi; adhibetur praeterea ad dissolvendos tumores frigidos, in affectionibus systematis dermatici phlogisticis levioribus

uti in ictibus insectorum, pernionibus, in decubitu incipiente, in sphacelo, in ophthalmiis asthenicis forma liquida vel vaporum adplicatus. Interne quoque adhiberi potest in praxi praeprimis pauperum ad gutt. 40 — 60, aliorum Camphorae praeparatorum majore pretio venientura loco. —

Duodecim partes spirit. camph. cum una tincturae croci mixtae exhibent spiritum camphorato-crocatum.

10. *Linimentum camphorae compositum* Ph. edinb. p. 601. in fluida ex unc 6. spir. salis amoniaci cum unc. 16. spir. Lavandulae mixtis, ac igne leni distillationis ope abstracto pond. unc. 16, Camphorae unc. duas solvendo paratum. Remedium stimulans egregium externe adplicandum, uti:

11. *Linimentum saponato-camphoratum* Ph. Borus. p. 112, vulgo opodeldoc ex unc. duabus saponis med. rasi, dr. una Camphorae tritae, unc. una et dimidia ammoniae purae liquidae, et gutt. 60 olei rosmarini, in cucurbita vitrea bene clausa digestionis ope in balneo arenae paratum, a quo parandi modo Pharm. austr. eo differt, quod solutioni unc. trium saponis rasi in spirit. vini rect. libr. una sub continua agitatione addentur olei dest. rosmarini unc. dimidia, amoniae purae liquidae unc. duae, et Camph. unc. dimidia.

Stimulans efficacius simul solvens, quod in affectionibus paralyticis, spasticis, rheumaticis et arthriticis cum torpore unitis, tumoribus frigidis et similibus externe adplicatur semel aut et pluries de die.

Ingreditur praeterea haec adhuc Camphora:

12. *Acetum aromaticum* seu antisepticum ph. austr. 1820. p. 41

13. *Empl. saponatum* ph. Bor.

14. *Empl. sulfuratum* ph. Bor. p. 98. ex resinis pluribus, sulfure, oleis lini et terebinthinae, atque Camphora compositum.

15. *Unguentum album Camphoratum*, seu nnguentum cerussae camphoratum ph. Bor. ex Camph. unc. semis et unguent. cerussae libr. 1.

16. *Lapidem divinum*, seu cuprum aluminatum ph. Austr. 1820. p. 71. — qui paratur, dum aeruginis, aluminis, nitri aa. unc. tribus in pulverem tritis, mixtis, liquefactis, refrigeratisque additur Camphorae drachm. una et semis.

§. 20.

Innumera sunt adhuc praeparata, quorum etiam Camphora constituens fuit, quibus tamen omnibus enumerandis hic nec spatium nec tempus conceditur; hinc nominatim tantum iis adducendis supersedeo, quae praecipuis in nevi elapsi pharmacopaeis variis leguntur.

Acetum vini camphoratum:

<i>Antidotus Matthioli,</i>		canceris a Myn-
— — reformatus,		sicht,
<i>Aqua ad oculorum nebulas,</i>	<i>Balsamum</i>	anodynum vel
et suffusiones Jo-		podagricum Ge-
annis a Vigo,	— —	orgii Batei,
— — antispasmodica Clos-	— —	bezoardicum, aut
saei,		cordiale Ang. Sa-
— — bardanae compo-	— —	lae,
sita,	— —	Cellense,
— — a. spiritus theria-	— —	cephalicum Ang.
calis camphoratus		Salae,
Crollii,	— —	Loimicum Hemi-
— — caustica, seu solu-	— —	sianum,
tio Mercurii su-	— —	martiatum,
blimati compo-	— —	nephriticum Ful-
sita,		leri,
— — cosmetica colum-	— —	odontalgicum,
borum,	<i>Ceratum</i>	santalinum,
— — cosmet. pretiosa,	<i>Collyrium</i>	Damantii,
— — ophthalmica de		

<i>Collyrium</i> s. Trochisci albi,	<i>Emplastr.</i> griseum s. de lapi-
Rhasis,	de calaminari,
<i>Confectio</i> narcotica a Myn-	— — hepaticum,
sicht,	— — opodeldoch, s.
— — theriacalissa	opodeldoch Para-
Mynsicht,	celsi,
<i>Electuarium</i> antidotale	— — santalinum, etian
— — camphoratum Re-	incognitum, di-
glerii,	ctum,
— — castitatis Georg.	— — stipticum,
Batei,	— — stomachale Jaco-
— — de ovo Maximil.	bi le Mort,
Imperatoris,	— — triapharmacum,
— — de ovo minus	— — vesicatorium,
Quercetani,	<i>Epithemu</i> hepaticum
— — de oxalide Galeni	<i>Extractum</i> s theriaca coe-
— — Guidonis contra	lestis
pestem, s. electu-	<i>Julapium</i> hystericum cam-
ar. Papae,	phoratum Geor-
— — Pleres arconticum	gii Batei,
Nicol. Praepositi,	<i>Linimentum</i> antispasticum
<i>Elixirium</i> alliatum	— — ad pessaria,
— — asthmaticumZwel-	<i>Oleum</i> aranearum Mindere-
feri,	ri
— — camphorae Hart-	— — loimicum,
manni, s. spirit.	— — scorpionum com-
vin. camphoratus	positum,
— — s. essentia anti-	<i>Philonium</i> persicum Mesué,
histerica lac. le-	<i>Pilulae</i> de Moscho,
Mort,	— — hystericæ,
— — pestilentielle Crol-	— — odontalgicæ a
lii,	Mynsicht
— — uterino spasma-	— — pestilientiales
modicum,	Plateri,
<i>Emplastrum</i> ad ulcera an-	— — stipticæ a Myn-
tiqua,	sicht,
— — febrifugum,	— — sudoriferæ Jaco-
— — defensivum ru-	bi le Mort,
brum,	<i>Pulvis</i> ad epithemata cor-
— — de spermate rana-	dis,
rum,	— — bezoardicus s. ale-
— — diabotanium,	xipharmacus,

<i>Pulvis</i>	Diamercurii, s.	<i>Trochisci</i>	anodyni reformati		
	contra vermes a	—	—	aromatici, Nerae,	
	Mynsicht,	—	—	de asphodelo,	
—	febrilis a Myn-	—	—	de camphora,	
	sicht,	—	—	de Epithymo,	
—	fumalis ad erysi-	—	—	de radice rhodia	
	pelatodes	—	—	a Myns.	
—	fumalis ad incan-	—	—	desulfure et tuthia	
	tationes,	—	—	de tribus santalis	
—	fumalis arthriti-	—	—	Mesué	
	cus,	—	—	diarhodon,	
—	fumalis pestilenti-	—	—	herberis Mesué,	
	alis,	—	—	opthalmici a Myns	
—	laetitia Nicolai	—	—	ramich, Mesué,	
	Salernitani,	<i>Unguentum</i> ad haemorrhoides			
—	liberans, Valerii	—	—	ad membra gelu	
	Cordi,	—	—	perusta,	
—	liberans reformat.	—	—	altheae cum cam-	
	Pleres arconticon-	—	—	phora,	
	i. e. implens prin-	—	—	de liquiritia,	
	cipale N. Salernit,	—	—	de Minio,	
—	rubeus Caesaris	—	—	do sevo hircino a	
	contra pestem,	—	—	Myns.	
—	sudoriferus Jaco-	—	—	dessicativum ru-	
	bi le Mort,	—	—	brum,	
<i>Spiritus</i>	theriacalis cam-	—	—	ex succis arantii,	
	phoratus,	—	—	narcoticum,	
<i>Syrupus</i>	de scordio compo-	—	—	nervinum,	
	situs. Hier. mer-	—	—	nibili,	
	curialis,	—	—	rubrum Jacobi le	
<i>Tabellae</i>	s. rotulae mithri-	—	—	Mort.	
	daticae praeser-	—	—	Santalinum.	
	vantes a Minsicht,	—	—		
<i>Tabulae</i>	s. rotulae theria-				
	cales a Myns.				

LITERATURA.
AUCTORES MONOGRAPHI.

- Laur. Eichstädt* de Camphora Gedani 1650.
Göth. Moebii anatome Camphorae Jenae 1660.
Jos. Cronberg Diss. de Camphora Marb. 1697.
C. W. Wedel Diss. de Camphora Jenae 1697.
Joun. Heucher de igne per ignem exstinguendo, seu
de praestantissimo Camphorae usu in febribus
acutis. Diss. in 4. Vittenbergae 1712.
I. T. Gronovii Diss. de Camphora, Lugd. Bat. 1715.
Mich. Alberti Diss. de Camphorae circumspiciente
usu interno securissimo et praestantissimo. Ha-
lae 1731.
Frid. Hoffmann Diss. de Camphorae usu interno se-
curissimo et praestantissimo. Halae 1731.
Balth. Louis. Tralles de Camphorae virtute refrige-
rante, exerc. physico-med. *Fratislaviae* 1731.
G. Paul Juch de salutari et noxia Camphorae et Cam-
phoratorum usu. Diss. 4. *Erford.* 1737.
L. F. Meisner Diss. de Camphora, ejusque genesi.
Pragae 1737.
I. F. Cartheuser Diss. de insigni Camphorae activi-
tate medica. Francof. ad Wiadr. 1745.
P. Gericke Diss. de Camphorae usu medic. Helmst. 1748.
Haenel Diss. de Camphor. Lugd. Batav. 1749.
A. Agliardi de Camph. Vien. 1754.
Schulz Diss. de Camphora cum oleo expresso juncta,
praes. Aurivillio. Ups. 1758.
A. D. Prange Diss. de Camphorae vi anthelmintica.
Götting. 1759.

- A. E. Bucchner* Diss. de praestantia Camphorae in delirio. Halae 1763.
- Griffin* Diss. de viribus Camphorae. Edinb. 1765.
- A. H. Evers*, Diss. de Camphorae usu externo in chirurgia maxime praestabili. Butzov. 1765.
- Prick* Diss. de Camphora. Vien. 1767.
- E. G. Baldinger* de Camphorae connubiis. Progr. in 4to. Jenae 1769.
- Sam. Friedrich* de Camphora. Basil. 1771.
- Collin* Camphorae vires, s. observ. med. circa morbos acutos et chronicos. Pars III. Vien. 1772.
- I. H. Schulze* Diss. Nonnulla ad Camphoram spectantia Halae. 1774.
- Severi* Diss. de Camph. Pav. 1776.
- H. I. Collins* Wahrnehmungen von den Kräften der bittern Kreuzblumenwurzeln, und den Wirkungen des Kampfers. Aus d. Lat. v. Ferro. Wien 1780.
- H. Grunow* Diss. de Camphora ex aliis stirpibus quam Lauro Camphora elicienda. Gött. 1780.
- Gruelmann* observat. de cicutae, camphorae, sulf. aur. ant. et cort. peruv. usu. Götting. 1782.
- G. S. Rechen* de genesi Camphorae ejusque raffinatio-
ne Argent. 1784.
- A. J. F. Kosegarten* Diss. de Camphora et partibus, quae eam constituunt. Götting. 1785.
- Weigeli* Progr. de oleis Camphorae. 1786.
- Schneider* de praestante sed cauto Camphorae usu Aug. Trev. 1789.
- N. Kontz* Diss. de praestanti, sed cauto Camphorae usu. Argentorati. 1789.
- Resultade* de las experiencias treetas sobre el alcanfor de Murcia. En Ségovia por. Don Ant Espinosa. 1789. im Auszuge von Proust. Anal. de chim.

- Tom. IV. p. 179. — übers. in *Crells chem. Anal.* 1792. Bd. I. S. 229.
- G. J. von Haecht* Diss. de usu med. Camphorae. Lond. 1792.
- A. F. L. Dörffurt* Abhandlung über den Kampfer, worin dessen Naturgeschichte, Reinigung, Verhalten gegen andere Körper, Zerlegung und Anwendung beschrieben wird. Mit einer Vorrede von Leonhardi. Wittenb. 1793.
- J. Church* Diss. On Camphor. Philad. 1797.
- A. H. Barfoth.* De vi venerata Camphorae novis experimentis probata. Lond. 1799.
- H. of. Schützenkranz* Kort. afhondlung om camphersens natur. Stockholm 1800.
- J. P. Gräffenaar* traité sur le camphre considéré dans ses rapports avec l'histoire naturelle la Physique, la chimie, et la Médecin. Strasb. 1803.
- J. Seeburger* Diss. de Camphora. Vindob. 1822.
- Joan. Mesko.* Diss. de Camphora. Budae 1830
- Leop. Zacherl.* Diss. de Camph. Vindob. 1833.

AUCTORES PHARMACOLOGICI ET CHEMICI.

- R. A. Vogel* Historia materiae medicae Francof. 1760.
- J. J. Plenck* Pharmacologia chirurgica Viennae 1782.
- G. Soherr* Materia medica austriaco provincialis Vindob. 1783.
- J. R. Spielmann* Institutiones materiae medicae, Argentorati 1784.
- J. A. Murray* apparatus medicaminum. Vol. IV. Göttingae 1787.
- J. L. L. Loeske* materia medica; edit. cur. a J. F. Gmelin. Berolin. 1790.

- J. Arneemann** Practische Arzneimittellehre. Wien. 1799.
- F. Thomson** System d. Chemie aus d. Engl. übersetzt v. F. Wolff Bd. II. u. V. Berl. 1805. 1811.
- J. A. Schmidt** Lehrbuch d. Materia medica. Wien 1811.
- J. F. Freyh. v. Jacquin** Lehrbuch d. allgem. und med. Chemie. B. II. Wien 1813.
- F. G. Voigtel's** vollständiges System der Arzneimittellehre, herausgegeben von Dr. C. G. Kühn. Bd. II. Abtheil. 2. Leipz. 1817.
- F. Jahn's** pract. materia medica. T. II. Erfurt. 1818.
- K. F. Burdach** System der Arzneimittellehre. B. IV. Leipzig 1819.
- M. F. Orfila** Allgemeine Toxicologie, mit Zusätzen u. Anmerkungen begleitet von S. F. Hermstädt. Th. IV. Berl. 1819.
- Sundelius** Handbuch der speciell. Heilkunde Berlin 1827.
- Vogts** Lehrbuch der Pharmacodynamik. Giessen 1828.
- G. A. Richters** ausführliche Arzneimittellehre Handb. f. pract. Aerzte. Berl. 1829.
- Hartmann** Pharmacologia dynamica. Editio altera emendata. Vol. II. Vindob. 1829.
- Sachs u. Dulk** Handwörterbuch der pract. Arzneimittellehre. Königsb. 1830.
- G. W. Schwartze** Pharmacologische Tabellen 2te. Ausgab. Leipzig. 1833.
-

T h e s e s .

1. Somnus aequè necessarius ac nutrimenta.
 2. Imò majoris dignitatis esse videtur, cum certo diei tempori adstrictus sit.
 3. Hinc commutatio diei cum nocte et vicissim quoque, totius organismi animalis actiones, functionesque cunctas pervertunt.
 4. Intemperantia uberior, quam inopia morborum fons.
 5. Datur pulsus debilis sine vera debilitate, haec vero absque pulsu debili non existit.
 6. Actio narcoticorum actioni frigoris analogà.
 7. Balnea frigida jam roborant, jam debilitant.
 8. Camphora remedium stimulans.
 9. Radix Ipecacuanhae feбри nervosae, e systemate gastrico emananti, potentissimum opponit remedium.
 10. Fluoris albi in puellis tenellis frequentia scrofulis debetur.
 11. Chlorosis pharmacis multis rebellis saepe psychicis cedit.
 12. Irritum est conamen cataractam evolutam pharmacis resolvere velle.
 13. Vita foetus vitae matris in casu ancipiti posthabenda.
 14. In reponendis membris luxatis simus quam promptissimi, in fractis tardi.
 15. Libri medici, in usum profanorum scripti plus nocent ac prosunt.
-